



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XXXV. De crimine læsæ seu imminutæ maiest. humanæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

sciebat esse medicamentum. Eiusq; dictis cum focii paruisent, stridens phasma, tanquam idolum aufugisse. Tradunt & tactis mentibus sanguine possibus, irritas fieri magorū artes, Libani in Enneade muliebri, c. 2. Superstitiosa remedia plura opinor, ut illud de quo meminit Theocriti interpres, in eisdem, moris fuisse contra fascinum, in sinum spucere.

Εὐδάμης, inquit, αἰ γυναικὸς ὄς μοι βαρκαρῶδες εἰς τὸν κόλπον ἐκπέθειν τείεις, τὸ νεμεσσοῖν ἐπιπέθειναι. Et Dametas pastor ouium, apud eundem sicut, Theo. eisdem, ὄς μὴ βαρκαρῶδες εἰς εἰς ἐμὴν ἐπιθου κόλπον, Τάυλα γὰρ ἢ γὰρα με Κολήτῳ λαεὶς ἐξέσῳδαξεν.

Id est,

Ne vero fascino laederer, ter ipse in gremium meum in spui. Nam id me anis Coluttaris docuit.

Erratum. Idem eisdem.

ἀμυνεῖ δ' ἀσπυρία τε μὲλοι γὰρα τε παρῆν, ἀπὲ ἐπιπέθειν τείεις τὰ μὴ γὰρὰ νόσφι ἱρῆκοι,

Id est,

Nobis autem quies cura fuit, anis que adit, Quæ veneficorum more despuens, mala procul arceat.

Eadem vere Virgilius in Ciride.

At nutritrix patula componens sulphura testa, Narcissum Casiamque herbas incendit olentes. Terque nouena ligat triplici diuersa colore Fila, ter in gremium circum inquit despuo virgo, Despuo ter virgo: numero Deus impare gaudet.

Digitorum nomina, quibusdam esse amuleti loco ait Celsus Rhodiginus, lib. 17. c. 12. Alterius curacionis superstitiolem meminit Ouidius, dum agit de cura Procæ ab strigibus fauciati, adhibita per Ganen dicens, Ouid. 6. Fastor. eius nutritrix,

Peruenit ad Græuen, & rem docet: illa, timorem Pone, tuus sospes dixit, alumnus erit. Venerat ad cunas stebant materque paterque. Siffite vos lacrymas, ipsa medebor, ait.

Protinus arbutes postea ter in ordine tangit Fronde, ter arbutea limina fronde norat. Spargit aquis aditus. & aqua medicamen habebant, Extaque de porca cruda bimestre venit.

Atque ita, notis aues exitis puerilibus, inquit, Parcite, pro paruo vltima parua cadit.

Cor pro corde precor, pro fibris sumite fibras: Hanc animam vobis pro meliore damus.

Sic ubi libavit, profecta, sub athera ponit: Quique adsint sacris respicere illa vetat.

Virgine lanalis de spina sumitur alba. Quæ lumen thalamis parua fenestra dabit.

In quibus verbis annotare debet Christianus de monitis sacrificium fieri, & ideo illam speciem depulsionis veneficii impiam esse, & alienam ab homine Dei veri fide initiato. Eo refero que de Stesichoro scripta sunt, Lyrico poeta, qui quum scripsisset Helenæ vituperium, luminibus orbatu fuit, & recepit vim palinodia facta & encomio Helenæ edito, Hesych. Miles. Illustr. lib. 1. c. 1. Eoque pertinent quædam remedia, que videntur esse, & non sunt, sed supponuntur a dæmonibus, ut videantur per ea curasse. Quale illud: quod refert Paulus Grillandi, tract. de sortileg. q. 3. num. 27. oculatus testis, nempe vidisse se malefici ligationis coeundi solutionem, qua solutus euomuit, ac per fecellum emisit acus, plumas, feramenta, pilos, sulphur, lapides, sed e mentita a dæmone & fallâ, vtpote qui ea cū reserualet & liquefacta fuisse & foras euolasse dõmpereit. Contra Syluanorum incursum, videlicet contra dæmones incubos seu striges, refert D. Augustinus, lib. 8. de ciuit. Dei. c. 9. ex Varro-ne, his verbis, remedium. Mulieri facte post partum tres deos custodes commemorat adhiberi, ne Syluanus per nocte ingrediatur & vexet: eorumque custodum significandorum causa, tres homines noctu circumira limina domus, & primo limen securi ferre, postea pilo, tertio deurrere scopis, ut his datis culture signis, Syluanus prohibeatur intrare. Quia neque arbores caduntur vel putantur sine ferro, neque far conficitur sine pilo: neque fruges conseruantur sine scopis.

DE CRIMINE LÆSÆ SEV

IMMINVTÆ MAIESTATIS HVMANÆ.

LIBER XXXV.

De generali criminis maiestatis humanæ consideratione. Cap. 1.

Lib. 48. P. tit. 4. Lib. 9. C. tit. 8.

- 1 Princeps vicarius Dei.
2 Maiestatis humane læsæ gradus.
3 Perduellionis crimen quid, & qui eo teneantur.
4 Crimina maiestatis.
5 Armorum potestas soli principi commissa.
6 Exercitum seu imperium in usus dimittere, & retinens, reus maiestatis.
7 Maiestatis lex a Caligula sublata & restituta.
8 Maiestatis reorum pena, & seq.
9 Exauktoratio ante supplicium.
10 Perduellionum familiares puniti, & 12.
11 Filii & uxores cum reis puniti.
12 In Principem coniurantium pena in liberos, & uxores, & socios & familiares extensa eod. c. 14. & 16.
13 Pythagoreorum philosophorum exterminatio quare.
14 Coniurantium in principem penis additum, ut priuentur sepultura.
15 Vniuersitas delinquere potest, & punitur, & 19.
16 Ciuitates ob rebellionem & perduellionem deletæ, eod.
17 Peleiregum A. ypsi & Ethiopum quare serpentes inuoluiti.
18 Parere superioribus lex naturalis.
19 Maiestatis criminis mitioris pena, & huius criminis reorum uxores dote non priuantur. Nec filii emancipati, & clerici in suis iuribus puniuntur.
20 Filii quando puniuntur, & quomodo bene pro patribus, & seq.
21 Maiestatis pena l. quisquis in quo crimine locum habeat.
22 Hæreseos pena in secundam generationem extenditur.

Pena vnius delinquentis cur ad alios insones prorogata. eod. & num. seq.

- 27 Peccata maiorum vindicata in successoribus, & 28.
29 Maiestatis criminis leuiores pena diuersorum, & seq.
30 Pena affecti clam propter splendorem proximiorum, & de aliis penis ob res alias, & 32.
31 De pacis violatoribus mitissima lex.
32 Serui non puniti cum dominis delinquentes.
33 Pena abscissionis pollicis, & stigmati.
34 Perduellionum ex lege Gallica iudicium.
35 Confiscatio in crimine hæreseos an regis, an dominorum iurisdictionalium.
36 Substituti excluduntur in bonis damnati ob crimen perduellionis.
37 Testamentum perduellionis an valeat.



Rimen imminuta seu læsa maiestatis, recte tractationi criminum maiestatis diuinae subiciuntur: quod palam sit reges & præpositos nostros, qui gladii potestatem a Deo acceperunt, Dei vicarios esse sacrosanctos. Et ita crimē in hos commissum, proximum sacrilegio est, ut ait Vlp. in l. 2. ad leg. Jul. maiest. P. Hinc plures gradus, pro emendatione seu pænâ sceletris constituendi sunt. Primus erit, si quis ambiat imperium seu regnum, vel in principis personâ aliquid mali moliat. In quibus tantum statuit esse crimen maiestatis Sigismundus Poloniae seu Sarmatarum rex Cracouia anno domini 1539. in summa Polonici domanii, c. de regalib. apud Rbena. Choppi. post 3. lib. de doma. Secundus ad prodicionem pertinet. Tertius ad causam seditionis. Quartus, alia, que pro criminibus maiestatis vera habita, vel conficta sunt, continebit. Primus perduellionis crimen habet, dum qui piam hostili animo aperte & cū exercitu, in rem-

M m m

pub. populumque Romanum, aut eius securitatem bt, l. 1. & 4. ad leg. Iul. maiest. P. vide Oldra. consi. 43. in 6. qu. Barr. in tit. qui sint rebelles, vers. rebellis, & vers. tenere Martinum Laudensem, tit. de crim. lese maiest. §. 27. Perduelliones enim antiquitus hostes erant, cum quibus bellum erat, l. quos nos hostes, 23. q. & l. hostes. de ver. sign. C. 2. offic. Varro 6. de ling. Latin. Proinde hodie mutata appellatione, perduellionis crimen dicitur maiestatis. l. fin. ad leg. Iul. maiest. P. l. liberorum 11. de iis qui not. infam. lib. 3. P. tit. 2. Et ab aliquibus inter crimina perduellionis annumerantur, quae populi auctoritatem & maiestatem minuere videbantur: veluti ciuem Romanum in crucem tollere, aut securi percutere, aut in latomias conicere, vide Gruchium, lib. 2. de commissis Roman. c. 2. Cicer. contr. legem Porciam, & Semproniam, aduer. libertatem populo concessam. Vocatalicubi & lex hoc crimen factionem, l. quisquis, §. fin. ad leg. Iul. maiest. C.

¶ Tenetur ¶ itaque hoc crimine is cuius opera consilioque, dolo malo factum erit, quo armati cum telis lapidibusve in vrbe sint, conueniant aduersus Rempub. loca occupent vel templa: quoue cæcus conuentusve fiant, hominesve ad feditionem conuocentur. Si dolo malo consilium intum sit, quo magistratus. quive imperii potestatemque habeat occidatur: Quo- ue quis contra rempub. arma ferat: Quiue milites sollicitauerit concitaueritque, quo seditio tumultusve aduersus Rempub. fiat, l. 1. cum suis §. 5. eod. P. Quiue desciscunt ab iis, quorum sub imperio sunt. ¶ Nam ¶ ita inter hostes. Paul. in l. amissione 5. §. 1. de ca. dimin. lib. 4. P. tit. 5. affectate tyrannidis quoque præ- ludiã censentur, & probationes: exercitum conscribere, ingentem pecuniam consistere, arma præparare, numos sua imagine percutere, quam ob causam capite multatus Perennis prætorianorum Commodi Imp. præfectus, Herod. in 1. His adde ex Martiano, l. 3. §. 1. ad leg. Iul. maiest. iniussu principis bellum gerere, delectum militum habere, exercitum comparare, vel exercitum retinere, cum quis iubetur illum dare successori: quod ius pugnandi & belli ad solum principem summum pertinet. c. ab Imperatoribus 23. q. 3. c. dicat aliquis, c. non solum 23. q. 5. qui gladii habet potestatem, vt sine eius iussu nemo a ma mouere vel habere possit. tit. de armis, in Auth. l. 1. ad leg. Iul. de vi pub. P. l. vni. vt armo. v. si in scio prin. interd. lib. 11. C. tit. 46. ¶ Faciunt ¶ fidem exempla eorum etiam qui in proprios filios morte animaduertunt, quod iniussu eius qui imperium habebat, etsi feliciter, pugnant: quale Manlii Torquati, Gelli lib. 9. ca. 13. Valer. Maxi. lib. 2. c. 2. Posthumii eod. Valer. Max. Romanorum, & Epaminundæ Thebanorum ducis, Plutar. in Paralel. Accedit lex Modestini. Qui, inquit, in bello rem a duce prohibitam fecit, vel mandata non seruauit, capite punitur, etsi rem bene gesserit. leg. 3. §. in bello, de rem mil. lib. 49. P. tit. 16. Ita electio militum ad principem solum pertinet. l. fin. de offic. mag. off. lib. 1. C. tit. 34. & l. nemo miles 13. de rem mil. lib. 12. C. & eundem a loco destinato in alium 7. translatio, l. conu. arempub. eod. ¶ Et ¶ Imperii sibi a populo vel principe concessi tempus prorogasse capitale & maiestatis crimen habitum Decemuiris tempore Appii Claudii, Dio, Hali- car. lib. 11. P. in. Iunior, de vir. illustri. Accusatus & Epaminundæ, Xenophon. lib. 7. rer. Græc. C. 1. de inuent. Appi. in Syriaco. Emil. Probus in vita Epaminundæ, quod non tradidisset exercitum prætorii Thebanis ei subrogato, eiusque duces, vt Pelopidas, & Tribuni: Quia lege continebatur eorum, vt qui vi & iniusto populo alterius exercitum retinisset, capitale esset. Quod & Romanis placuit, l. 3. §. 1. ad l. Iul. maiest. P.

¶ In hoc ¶ crimine puniendo varij principes, pro lenitate vel asperitate illorum, ex causa personarum, & imminentis periculi. Caius Caligula aliquando maiestatis legem sustulit. Dio. Cassius, lib. 50. aliquando & temere lenibusque de causis reos infirmulauit, & legem restituit, idem lib. 60.

¶ Referam ¶ iudiciorum quorundam exempla, ex quibus quid sentiendum de pena imponenda apparebit. Spurius Melius regnum affectantis, domus complanata est populi iudicio, & area Equimellium dicta, vt ait Varro in 4. & alii, Valer. Maximus, lib. 6. cap. 3. Cicer. pro domo sua, & in Cato. M. Valer. Plin. de viris illustri. Florus lib. 1. cap. 26. Linius lib. 4. decad. ipse autem a Seruilio Hala iussu atque imperio L. Quintii Cincinnati dictatoris interfectus est. M. Manlius, vnde Gallos depulerat, inde ipse præcipitatus est, quia fortiter defensionem libertatem ne ferre opprimere conatus fuerat. Plinius de vir. illustri. cap. 24. Plin. lib. 7. histor. natur. ca. 28. Linius, lib. 6. decad. 1. Ouid. Fastor. 6. Spurius Cassius ob concupitam dominationem capite punitus, Va-

ler. Maxim. lib. 6. ca. 3. Linius in 2. & 4. Dionys. Hali-car. 8. Plin. lib. 34. histor. ca. 4. domus eius subuerfa & interempto superiecta: & peculium eius Cereri consecratum. Val. Max. lib. 5. c. 8.

¶ Q. Gallus ¶ prætor, accusatus, quod suadente M. Antonio in mortem O. & C. Cæsaris conspirasset, conuictus dignitate a collegis spoliatur, domus a plebe diruta, & direpta, iudicante senatu morte damnatus, Appian. lib. 3. bello ciuili. Lucius Brutus, filius suos Tarquinii dominationem a se expulsam reducentes, comprehensus, & ante tribunal virgis casos, ad palum religatus securi percuti iussit. Linius, in 1. Dionys. in 4. Plutar. in Paralel. 10. 21. 22. Virgilius 6. Æneid. August. 3. de ciuili. c. 16. Claud. in Eutr. Florus 1. Epit. c. 9.

¶ Heluetii ¶ ambientem dignitatem regiam igni cremabant, vt de O. gentorige reo scribit Iulius Cæsar, in 3. Comment. belli Gall. Daud eum, qui volentem & deprecantem Saulem occiderat etiam inimicum, amputatis manibus & pedibus iussit inter- fici, 2. Reg. cap. 4. & Ioseph. 7. antiq. ca. 2. Acci bior vindicta a Tyberio & Caio de Gracchis sumta, quorum corpora insepulta iacuerunt, eum statum ciuitatis conati fuissent conuellere: quorum etiam familiae, ne quis posthac inimicis rei publicæ amicus esse velleret, de robore præcipitati sunt. Valer. Max. lib. 6. cap. 3. Appian. 1. de bell. ciuili. Plutar. in vita Graccho. l. in maior. lib. 14. ca. 4. Plin. Iunior, de vir. illustri. c. 4. Plinius Iunior, de vir. illustri. cap. 64. 65. August. 13. de ciuili. Dei, c. 24. Florus, in Epit. lib. 3. c. 14. 15. 16.

¶ Commodus ¶ Cæsar capite plebi iussit Cleaudrum Phyl- gem genere, præfectum militum & cubiculi sui, quod copiam multam frumenti coegisset, vt tempore famis fauorem populi inesceret pro sui imperio, dum illud largiretur: focique & filij eius vna interfecti, & corpora eorum in cloacas proiecta, Herod. lib. 1. ¶ Aliquanto ¶ aut leuius supplicium summum est de locis, in- fensis tam in criminis, sub Tyberio, in causa L. Alii Sciani, qui ob crimine maiestatis damnatus & multatus capite est, caputque eius in Gemomoniae scalas proiectum omnibus eius liberis interfectis: verum Apicæ vxori veniam dari senatus placuit, neque illud scelus amicis ob familiaritatem a cæcis vt M. Terentio Varroni nocuit, Dio. Cass. 58. Corn. Tacitus in 5. Cum ta- men habitum fuerit iudicium & supplicium exactum de conuictis, in vitam Artaxerxis regis Persarum, & in vxores & eorum liberos, ne aliquod tanti sceleris vestigium superesset, vt scribit Iustinus ex Trego. lib. 10. in causa L. Axer. Sed & Prolomæus Ægypti rex iussit iudicium de Cratesiclea matre & liberis Cleomenis qui in salutem principis conuilarat, Plutar. in Cleomede.

¶ Narat ¶ Q. Curtius legem Macedonum esse, vt pro- pinqui eorum, qui regi infidiat essent cum ipsi necarentur, Q. Cur. lib. 6. de gestis Alex. ¶ M. Minit ¶ Polybius lib. 2. histor. in illa regione Italiae, quæ nunc magna Græcia dicta, cæcum Pythagoro- reorum ob clandestinam conu. ationem concrematum fuisse magna rerum publicarum mutatione facta, vt pote principibus cuiusque ciuitatis temere interfectis. ¶ Herodorus ¶ Persarum regem Darium tradit, Herod. in 3. supplicium simile de crimine in ianitores eius admisso, quib. exciderat nates: & pulsam pas- sus Intaphernes, non illum de ipso Intapherne, sed & de eius familia omni, & cognatione & liberis, exceptis fratre vxoris & primo genito liberorum, quos misericordia vxoris motus soluerat.

¶ Leges ¶ quoque Tyrannorum corpora insepulta iubent abili- ci memoriam omnem aboleri, & si quid peculii illis adest, in com- mune abici, Appian. lib. 3. de bell. ciuili. lib. Ultra pœnas conuictorum, eisdem non sepeliendi cœsi sunt Vespasianus, Sueton. in Vespasian. ca. 2. ¶ Et ¶ quia ciuitates populus, collegium ex delicto ob- ligari, & ex maleficio teneri possunt, vt in eos detur actio, Nepot. metum 9. §. animaduertendum, de eo quod nec. cau. P. Punienda etiam in crimine atroci vniuersitas omnis, vt de crimine, Idolo- latriæ Dominus ait, Deuteronom. cap. 13. ca. si frateris, 23. quæst. 5. Si audieris, inquit, in vna ex ciuitatibus quas dominus dedit tibi in habitare, dicentes, eamque & seruamus Diis alienis: inter- ficiens necabis omnes, qui sunt in ea ciuitate, & incendes eam igni, & erit sine habitaculo in æternum, nec reedificabitur. & c. ¶ In ¶ ciuitates etiam ipsas iudicia acerrima ob hoc crimen lata sunt: vbi que Caria Vitru. lib. 1. architec. c. 1. Peloponnesium tota dele- ta est, viri ad vnum interfecti, marronæ in seruitutem redactæ, quod cum Peris aduersus Græcos federatos consilia belli iniussit. Excissa & deleta Carthago ob rebellionem, Linius, libro 51. Solinus 40. cap. Appian. Alexand. in Lybico. Flor. lib. 48. & 49. abbreviatio. Flor. libro secundo Epitom. ca. 15. Plinius, l. 1. lib. 15. natur. hist. c. 18. Oro. l. 6. q. 2. & 24. D. August. 3. de Ciuili. Dei. c. 21.

de exarata. *usufructus. quib. modis usufructus. P. Salaminorum*
 ciuitas ob prodicionem decreto Atheniensium in totum sub-
 ue:ta est. vt ait Paulianus. in 1. Ob crimen proditorum Albano-
 rum. qui cum Metio Suffetio pro Romanis pugnam suspende-
 rant. Alba ipsa quamuis pars eius. amula tamē. diruta a Tullo Ho-
 filio. Flor. lib. 1. Epito. c. 3. Virg. 8. *Eneid.* Galba ꝛ. *Suet. in Gal-*
 ba. c. 12. ciuitates Galliarum & Hispaniarum. quod sibi cunctan-
 tius obtemperant. murorum destructione & grauioribus tri-
 butis puniunt. Octauius Augustus Cyzicenos. quod nonnullos
 Romanos in seditione flagris caesos. necassent. in seruitutem re-
 degit: quibus tamen poitea libertatem restituit. *Dio Cass. lib. 5. 4.*
 21 ¶ Pileos ꝛ oblongos gestant Aegypti & Aethiopiae reges. circa fi-
 nem vmbilicem habentes. serpentibus quos aspidas vocant cir-
 cummolunt. monumentum insigne. eos. qui contra reges in-
 surgere audeant. mortiferis morsibus subesse. *Diod. Sicul. lib. 4.*
 22 ca. 1. ¶ Et ꝛ certe detestabile videtur valde hoc crimen in pasto-
 rem suam & defensorē suam insurgere: qualis rex. dux. & prin-
 cept. Quandoquidem vniuersali & sempiterna lege receptum
 est vt ait Dionysius Halicarn. inferiores parere ꝛ auctorioribus.
 Peiores in his brutis animalis feritate homines: illa enim quan-
 tum velis ferocia sint. at raro insurgunt in pastores & curato-
 res: nunquam tamen frequentius videmus homines. quam in
 sibi praefectos rebellare. *Dio. Halic. in prob. hist.*
 23 ¶ Indicia ꝛ tamen alia leuiora & mitiora nobis occurrūt. sub-
 lata in filios & proximos non participes criminis nece. quae pro-
 bantur ab Arcadio & Honorio CC. *l. quisquis. 5. ad leg. Iul. ma-*
 iest. C. qui filius reorum huius criminis vitam imperatoria leni-
 tate donare se dicunt. cum tamen paterno perire deberent sup-
 plicio. in quibus paterni. hoc est: hereditarii criminis exempla
 metuantur: mali enim corui. vt est in proterbio. malum ouum.
 Eos tamen reddunt aliena materna vel auita & omnium pro-
 ximorum successione. cauentes ne possint capere testamēto
 extraneorum quicquam. vt sint semper egerentes. infamia pater-
 na perpetuo notati. alieni ab omni honore & militia. vt iis per-
 petua egestate sordentibus sit & mors solatium & vita supplicium.
 Filiabus tantum indulgentes. *§. ad filias. 5. dicit. leg. quisquis.*
 falcidiam in bonis maternis. quod pro infirmitate sexus minus
 auitas confidebant. Et eadem constitutio ipsi rei. etsi exse-
 quuti non sint scelus. sed voluerint tantum. gladio feriuntur.
 bonis eorum fisco addicti. *d. l. quisquis. in prin. cap. si quis. 6. qu. 1.*
 referuata tamen dote vxoribus reo: *om. d. l. quisquis. 5. vxores.*
 & *l. quinque legibus de bon. damnato. P. Insuper reis. vb. hoc crimen*
 admiserint etiam antequam accusentur vel conuincantur. inhi-
 bita ipsi iure & facto de rebus suis facultas. ꝛ: contractus. vel
 per vltimas voluntates *dicit leg. quisquis. §. emancipationes. l. penult.*
ad leg. Iul. maiest. C. l. pen. §. fin. C. de bon. profic. l. donationes. 32. §.
fin. de donat. lib. 39. P. tit. 5. Ex ea tamen constitutio Caesarum
 non omnino filii eximuntur a pena. imo longiori pena. cum ea
 ignominia notati abominabiles viuunt torqueri videntur. *Lexum*
filios 78. §. si. de leg. 2. Singulare tamen est. quod Angelus A. *im.*
in addit. ad Angel. Aret. in tracta. maleficio. in g. o. c. b. h. traditio.
vers. matrem. notat. penas has liberorum habere tantum locum
 in liberis in potestate constitutis. nō autem in emancipatis: item
 non porrigi ad beneficia filiorum clericorum. quibus non pri-
 uantur. *per glo. in ca. satis peruersum 56. dist. Placuit nihilominus*
 eos qui pro huiusmodi reis supplicauerint principi. infamia per-
 petua damnari. *l. quisquis. §. denique subuenit. ad leg. Iul. maiest. C.*
 24 ¶ Satis ꝛ tamen aliquibus dura pena videtur aliquo modo in fi-
 lios. vel alios ob alterius culpam laeuire: cum vt ait Demothe-
 nes. *epi. 3. ad Senatum. agens de Lycurgi liberis.* omnibus omnium
 delictorum. quasi meta sit obitus. & ideo nec filii puniendi pro
 parentibus defuncti. Sunt & in iure duo illa axiomata: morte-
 reaturum extingui. *l. 1. 2. pen. §. fin. si. eius vel accusa. mor. fac. lib.*
9. C. tit. 6. Mari. l. defuncto. 6. de pub. iudic. P. & filium pro pa-
tre puniendum non esse. Callist. l. crimen paternum 26. de pen. lib.
48. P. tit. 16. c. crimen. 1. q. 4. §. totaferre illa. q. tit. C. in pl. pro patre.
 Quod & Archadius & Honorius. *l. sancimus. 22. de pen. lib. 9. C.*
in. 47. ad nos & familiares prorogant: quia nec affinitas vel
amicitia nefarium crimen admittunt. Et ibi debet esse pena. v-
 25 *bi & noxa. §. 1. de nox. act. ¶ Sancit ꝛ ꝛ lex diuina. filium non*
 portare iniquitatem patris. *Ex reb. 18. Dent. 24. 4. Reg. 17. 2. Pa-*
ral. 15. Quae quidem vera sunt in criminibus vulgari-
 bus: at in atrocioribus. non recipiunt omnino. Nam neque in his penae
 morte extinguitur. sed & mortuo reo repetuntur. & in corpus.
 & bona. & famam animaduertitur mortuorum: vt in hoc crimi-

ne laesa maiestatis. *l. penult. §. fin. ad l. Iul. maiest. C. Modest. l.*
ex iudiciorum 20. de accus. lib. 48. P. tit. 2. §. interdum autem. ver-
si. per contrarium. de heredi. qua ab int. defer. Vlpian. l. fin. ad leg. Iul.
maiest. in P. scilicet si aduersus rempublicam vel personam prin-
cipis quisquam quid fuerit amolitus. non in aliis capitulis. gl. in l.
meminisse. C. eod. glo. in l. ex iudiciorum. in ver. maiestatis. de publi-
ind. in P. §. l. fin. ad leg. Iul. maiest. P. Sic expresse quoque Vlpian-
us. in l. fin. eo. expressit. de hac quaestione loquutus. Hoc crimen.
inquit. nisi a successoribus purgetur. hereditas fisco vindicatur. Pla-
ne non quisquis legis Iulia maiestatis reus est. in eadem conditione est:
sed qui perduellionis reus est. hostili animo aduersus rempublicam. vel
principem animatus. Ceterum. si quis ex alia causa legis Iulia mai-
estatis reus sit. morte crimine liberatur. Haec Vlpianus. Adde & Iu-
stiniani sententiam. Publica autem. inquit. Iust. in §. publica autem
iudic. a hac sunt. de pub. ind. iudicia sunt. haec: lex Iulia maiestatis.
que in eos qui contra Imperatorem vel rempublicam aliquid moliti
sunt. suum vigorem ostendit. Cuius poena animae amissionem sustinet.
Et memoria rei: etiam post mortem damnatur. Sed & alia crimina
sunt. quorum etiam accusatio morte non extinguitur. quae no-
tant passim interpretes. glo. in l. si reus vel accus. mort. fuer. C. glo.
in l. ex publicorum. de accusat. in P.
 ¶ Et ꝛ propter eandem quoque criminis grauitatem. mirum
 etiam videri non debet. si in filios poena aliquomodo redundet.
 Ita in crimine haereseos in filios poena extenditur ad primam &
 secundam vsque generationem. *§. statutum. in 2. de heret. in 6. Et*
 pro aliis alii proximi. *c. ecclesia. 1. q. 2. subditi. familiares. domesti-*
 cique saepe temporali poena puniti sunt. etsi sceleris participes
 non fuerint. Metuunt autem leges. ne si superuixerint. vindices
 aut imitatores sint. atque exemplarem sumunt poenam in atro-
 cioribus. Sic ob peccatum Achor. plebs Israelitica in hostiu man-
 us venit. *Isa. 7. 7. ¶ Propter ꝛ peccatum quoque filiorum Heli.*
 & pater & populus gladio hostili laceratus. *1. Reg. 4. Nauicula Iona-*
 e. 1. & qui in ea erant periclitabantur ob vnum Ionam fugiti-
 uum. Ob peccatum Dauidis. populi ab angelo facta miseranda
 strages. *2. Reg. 6. si. Filiorum parvulorum Sodomitarum aetas vel*
 ignorantia non prohibuit quin vna inuoluerentur vindictae pa-
 rentum. *Genes. 19.* Sicut & peccante patre Cham. filius eius Cha-
 naam maledicitur. *Genes. 9.* Et pro Geizis peccato. posterius eius
 lepra puniti sunt. *4. Reg. 5.* Ob peccatum Achab. & posterius de
 folio deiecti. *3. Reg. 19.* Odium Esau in Idumaeos transfuit. *Ma-*
lach. 1. Et erat constans opinio inter eos. qui veram legem Dei
 profitebantur. aliquando in filios transferri vltionem parentum
 a Deo. Quare de caeco nato discipuli Dominum interrogarūt.
 qui peccasset. an ille. an parentes eius. *D. Ioan. Euang. c. 9.* Et re-
 missum quidem peccatum Dauidi est. verum audiuit. sed non
 auferetur gladius de domo tua. *2. Reg. c. 12.* Item & Ezechiae di-
 ctum. *4. Reg. c. 20.* ob eius peccatum futuros quoque eius filios
 eunuchos in palatio Babylonis. ¶ Helioidus in *1. lib. 17. 70. vers. 28*
 266. quoque testis est. posteros luere peccata maiorum: vt laus
 in eos etiam peruenit. dum agit de periuriis.
de 3. x. inquit. μαστιχισιν ἐκόν ἐπιόρκον ὁμόσασ.
ἀλλὰ σὺ. ἐν ᾧ θύνη βλάψας. νήκεσον ἐδόν:
τὸ ᾧ τὸ ἀμαρτυρῆ γενεὴ μετὰ τὴν ἐλέειπται:
ἀνδρὸς δὲ εὐδόμεν γενεὴ μετὰ τὴν ἐν ἀμείνων.
 Id est.
 Qui vero testimoniis volens peritium in iurando
 Memoretur. in ius delinquens. immedicabiliter laesus est.
 Eius vero posterius: obscurior postea reliqua est.
 Viri autem iusti posteritas. postea posteris praestantior.
 Cicero in perduellionum & proscriptorum liberos paternam
 poenam permealle voluit. *Cic. 12. episto. ad Brutum.* vt caritas li-
 berorum mitior: ea parentes redderet. Etrursum. *Cic. ad Brutum*
 17 seueriores penas & in liberos ferri tradit. causa exempli. Iu-
 uat hic contemplari in felicem rerum pub. statum. dum guber-
 nationis modus subvertitur. dum principatus ambiuntur: nun-
 quam enim accidit vel raro innovatio status reipub. quin clades
 aliqua diuersa. um factionum consequatur: vt expedit aliquan-
 do in plures. quam solitum sit in aliis criminibus & actius sup-
 plicia sumere. & non tantum crimina peracta. sed etiam prelu-
 dia grauioribus penis suspicionibus fidem facientibus. vbi ap-
 parere incipiunt. castigare. Et Alexander Magnus Imperator
 optimus. quique quanti faciendi sunt principes nouit. exemplo
 id docuit. Iussit enim Baiaxem Medum cum focis defectionis
 necari. quod erecto Cydara capiti imposita. se Medorum ac Per-
 saram regem appellaret. *Arian. lib. 6. expedition. Alex.*



- 29 ¶ Ceterum ¶ variantur tempora & principia & locorum leges, & quemadmodum pœnas exasperare potuerunt reorum perniciis & criminis peritales, eadem ratione aliquando & alicubi & a pluribus regibus & nomothetis, temperata sunt legum vindicta.
- 30 ¶ Alphonfus ¶ Hispaniarum rex, cum quendam illustri prolapia maiestatis reum conuictum haberet, iudicio tacito in eum animaduertit, ne generosa reliqua domus, vnius noxa notaretur infamia, vt refert Antonius Panormitan. *lib. 2. de diti. Alphon. c. 19.*
- 31 ¶ Cum rebellasset in Cyrum Lydii iterum victi, Cyrus tantum illis arma & equos adimi voluit pro saeuissima pœna, iussitque illos cauponias, ludicras artes, & lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens & manu strenua effeminata mollicie luxuriaque virtutem pristina perdidit. Et quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos, otium ac luxuria superauit, vt ait Iulianus, *ex Trogo, lib. 1.* Pena certe, si vite animalis respicias voluptatem, leuis & potius grata: sed si consideres virtutis antiquæ interitum scilicet qualibet morte. Sic enim posteris via ad virtutem præclusa, tam late promagato otio.
- 32 ¶ Aliquando ¶ S. P. Q. R. S. Cassio affectata tyrannidis damnato & necato filios eius liberandos iudicauit, *Lianus lib. 5. ab urb. cond. Afinius Gallus, Dio, Cass. lib. 60. hist. in diuersis sine exercitu Celsari Claudio, ex filio non morte multatus est, quod neque pecuniam contraxisset, neque exercitum, & tanta deformitate esset, quod potius risui haberetur, quam periculum esset ne pro duce haberetur. Scribit Beatus Rhenanus, lib. 2. rer. German. Carolum Magnum Francorum regem, Thassilionem ducem rebellantem vxoris instigatione, quæ dolebat quod pater, Desiderius Langobardorum rex, regno priuatus exsularet, læsæ maiestatis reum cum Theodone filio, quem Carolo obfidem dederat, in monasterium mutato cultu detrusisse. ¶ Lege Caroli 1. Cæsaris, de pace publica tenenda, perhumane sancitum est, vt eos qui liberi qui violata pacis peracti imperiali banno profcripti fuerint, ad clientelares fundos rursum a patronis admittantur.*
- 34 ¶ Mithridates ¶ rex, fumens supplicium de Attilio, qui in eius mortem coniuuauerat, socios quidem sceleris puniuit, sed seruos dimisit, cum non sua sponte, sed domino parendo deliquissent, auctore Apiano Alexand. *in Mithridat.*
- 35 ¶ Athenienses ¶ Aeginetorum deficientium vnicique pollicem e manu dextra reuoluerunt vt hastam ferre non possent: remos vero commode age: e possent Mytylenensium iuuentutem occiderunt. Captiuos Samiorum punctis in facie notabant, quæ noctuas referent, teste Aliano, *lib. 2. de var. hist. cap. 9.* Lex Rotharii regis Langobardorum, *l. 1. de malef. tit. 1. lib. 1. legum Langobard. alia: Si quis contra animam regis consilauerit, consiliarius suus fuerit animæ suæ incurrat periculum, & res eius inficientur.* Linius etiam in 2. duas leges gratas fuisse populo ait, de prouocatione aduersus magistratus ad populum: & hanc de sacerdotibus cum bonis capite eius qui regni occupandi gratia consilia iniussit. ¶ In Gallia ¶ aliquando leuiter, aliquando acriter vindictam hoc crimen est, & inter insignia de eo iudicia refertur illud Senatû Parisiorum, quo vltima Aprilis 1416. Nicolaus Orgemont eius criminis reus, iussus est spectare consociorum supplicium, & multis damnatus, supplicio mortis remisso, perpetuis carceribus pane & aqua pascendus adiudicatus est, *Ivan. Pape, lib. 22. Rha. sed. are. tit. 1. are. 3.* Communitamen iure perduelliones vltimo supplicio puniuntur, cui adhuc adhibentur pro negotii qualitate genera alia tormentorum, vt vel rota malleis tundantur, vel equis in contraria actis distrahantur & discerpantur. Filii tamen infontes non sunt infames, vel inhabiles successioibus, & capiunt ex testamento, & ab intestato, & ad honores possunt promoueri, vt notat Boerius, *tract. de seditio § 6 num. 12.*
- 37 ¶ Boerius ¶ autem in fiscum regium solum, non dominorum iudiciorum vbi sita sunt, infertur *text. in §. fin. qua sint regalia, in vlt. feud. lib. 2. tit. 56. Specul. tit. de feud. vers. 40. inter. in l. fin. C. ad leg. Jul. maiest. Bart. in extrau. ad reprimendam qui sunt rebell. est lib. feud. in hoc capite primo læsæ maiestatis ex coniuuratione in principem & rempublicam secundum legem. Quisquis, ibi, bonis eius omnibus fisco nostro additis. C. ad leg. Jul. maiest. Et si bona sint extra regnum, regi tamen quarantur: quemadmodum iudicatum tempore Ludouici II. regis Galliarum, *Rhen. Chopin. lib. 3. de doma. reg. cap. 12. de bonis Caroli Burgundiae Iudicis, quorum pars regni Francorum, pars Germanici Imperii dominatu tenebatur: neque hoc ius pertinet ad fidei commissarium regulum, quia & regalis cognitionis, & regiorum magistratum huius criminis notio est.**

¶ Sed ¶ & hac confiscatione veniunt etiam bona restitutioni obnoxia per substitutionem, quæ expirat hoc crimine, nec succedunt substituti, vt iudicatum & explicatum in confiscatione bonorum Caroli Borbonii, vt ait Liferus, *in l. quisquis ad leg. Jul. maiesta. C. & tradit etiam Senatusconsulto Parisiensi placuisse Chopinus, lib. 1. de doma. cap. 8. anno Domini 1539. contra. Statius Florus, §. Cornelio felici, de iure fisc. in P. Et Bart. late l. si finita, §. si de vectigalibus, de dam. infect. in P. ¶ Scribit ¶ & Cornelius Tacitus, lib. 5. tempore Tyberii, quo plures maiestatis infimulabantur, damnatis publicatis bonis sepulturam prohibitam: eorum autem, qui se statuebant, qui scilicet mortem sibi consciscabant, humata fuisse corpora, remansisse testamenta, pretium festinandi.*

De Personis perpendendis Accusantium, accusatorum, & iudicum, & negotiis.

Cap. 2.

- 1 Accusant in maiestatis crimine Personæ alioquin reuocanda ad accusatoribus.
- 2 In maiestatis crimine legitimi accusatores filii in patris, serui in dominos, socii, familiares, & alii.
- 3 Maiestatis læsæ vltio celeritatem postulat.
- 4 Reus non licebat perpetua se oratione defendere.
- 5 Maiestatis crimine accusatorum consideratio.
- 6 Ecclesiastica persona maiestatis coram quo accusandi & damnandi.
- 7 Episcoporum institutio & destitutio ad summum pertinet pontificem.
- 8 Maiestatis humana rei clerici & episcopi quibus poenæ iure pontificio subiciuntur. Et 9.
- 10 Maiestatis quoque leges & negotia.
- 11 Instrumentum falsum quando ad legem Iuliam maiestatis pertinet.
- 12 Proditio ciuitatis, item quando ad hoc crimen pertinet.

In hoc crimine ¶ etiam maiestatis imminuta puniendo, cum modo admissi perpendemus personarum accusantium, accusatorum iudicumque qualiter. Sciendum itaque criminis huius atrocitatem omnes fere personas in accusationem & testimonium, admittere, vt deregatur citius & facilius coniuuratio, & vt celerius vindicetur, nulla pietatis vel sexus, vel conditionis adhibita distinctione, *Modest. l. famosi 7. §. l. sequunt. ad leg. Jul. maiest. in P. argum. l. mulierum 13. de accusat. lib. 48. P. tit. 1.* ¶ Et proinde ¶ filii aduersus patrem & accusatio huius admittitur, & aduersus dominum serui. Quare filii Sereni, qui Tyberio paraenerat insidias, accusationes receptæ sunt, *Corn. Tac. lib. 4. Annal. Et Scismas filius Datamis maximus natu a patre defecit, & ad regem Artaxe: rem transiit, & de defectione patris detulit. Emil. Prob. in vita Datamis.* Familiares quoque & domestici in aliis criminibus si deferaunt puniendi, in hoc admittuntur. *l. penult. qui accus. non poss. lib. 9. C. tit. 1.* Fulsia Lucii Catiline coniuurationem detexit *Pap. Lan. questionibus ad leg. Jul. maiest. in P.* Socii quoque criminum admittuntur, si antequam cognita sit coniuuratio eam primi detegant: quinimo & se & alios detegentes veniam accipiunt, *l. quisquis §. si. eod. C.* Sed si non probauerint detectum crimen, questionibus subiciuntur: vt palam fiat, quam mente, quove impellent accusauerint. Neque aduersus statum in hoc casu questionem, dignitatem vel priuilegium obicere possunt. *l. 3. §. 4. eod.* ¶ Si quidem ¶ hæc vindicta exigat solentiam & celeritatem, ne si detegatur conspirantibus iudicium auferant vel perniciem accelerent. Quamobrem & Agestis factum sapiens merito laudatur, qui cum aduersus rempublicam Lacedæmoniorum, conspirationem ortam non tuu comperisset, leges Lycurgi continuo abrogauit, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant: comprehensis autem, & interfecitibus fontibus eisdem & vestigio restituit vt ait Val. Max. *lib. 7. c. 2. Cicero. vi. Thucyd. Herodotus in 3. & Plutarchus, in vita Agestis.* Nottimus & quantum accesserit salutis reipub. ex diligentia Ciceronis consulis in Catiline depellenda coniuuratione, vel ipsius Ciceronis testimonio in orat. *contr. Catili.* Dionis lib. 37. & Salsitii. ¶ Nec ¶ licebat apud Athenienses, lege prohibente, reus perpetua oratione se exculare vel defendere. *Xeno; h. lib. 1. versum Græca.* Et Henricus 7. Rom. Imp. in tit. quomodo in crimine læsæ maiest. procedendū sit, §. 1. post feuda, colla. 1. in aub. Sic statuit, *Hes*

Hac edicti Dei propositio perpetuo valitura lege sancimus, ut in quocumque loco maiestatis crimine, & maxime ubi contra Romanorum Imperatores vel reges, aliquid quod dictum tangat asseratur commissum, postea procedat per accusationem, inquisitionem, seu denuntiationem, summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii, prout ei, qui iurisdictioni preest, videbitur expedire. Quae verba abunde explicavit eruditissimus ibi commentariis Bartolus. ¶ Personarum porro quae in hoc crimine consideranda est qualitas in reis, non ad executionem vel iudicium omnino poenae, sed ad infirmandam religionem iudicium pertinet. Hoc crimen, inquit Modestianus, famosum ad leg. iul. maiest. a iudicibus, non in occasionem ob principalem maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate rei iudicata. Nam & persona spectanda est, an potuit facere, & ante quid fecerit, & an cogitauerit, an sana mentis fuerit, nec lubricum poenam facile ad poenam trahendum est. Diximus in principio lib. 33. quomodo iudicia perpendenda sunt, habita ratione circumstantiarum criminum, personarum, temporis, loci, & similibus, & proinde hic non repetam, quae ad omnia pertinent criminum iudicia. Constat etiam omnes, cuiuscumque sint conditionis, accipi posse. ¶ Fori tamen distinctio aliquando monet questionem. Quare hic non inutiliter quaeritur si episcopus vel alia ecclesiastica persona crimen hoc commiserit maiestatis, & in principem vel contra regni utilitatem conspirauerit, num puniendus & qua poena. Quia in reprimum dubium facit, quod maiestatis crimen vix tunc dici potest: eo quod episcopi & clerici, non sint subiectionis temporalis principis, cum clerici, 25. & constit. Friderici statutus, qua corrigi a iudicibus clericis, de episcopo, & cler. c. faci. iur. iur. de fo. comp. ap. Gregor. potissimum, c. si diligenti, eod. & iur. de cler. apud prop. episcopo in a iudicibus, neque reus maiestatis dici vere potest, qui subditus non est, vel scribit Cardinalis in c. vergentis de heretico. Et in ea est quoque sententia Arnald. Alberici in c. quoniam, de heret. in 6. in q. 11. verfic. foris fallit, pluribus rationibus motus, non tenet clericum crimine laesae maiestatis temporalis. Sed & hodie concilio Tridentino, in decreto de reformatione ecclesiastica, sessio 8. vel totius concilii sessione, 24. c. 5. notio grauiorum criminum episcoporum in quibus controuersia est depositionis aut degradationis, sed referuatur apostolica: vt obtinuerit eorum calumniis, quibus hifce temporibus maxime deprauatis impugnantur antiques, vel ab hereticis, vel ab his, qui ecclesiastica bona in patrimonialia propria conuerrere satagunt. Accidit etiam impissimos aliquid & indignissimos ad hanc apicem promoueri i fauore familiarum, quam vniuerso auxilio freti quidam sanctuarii Dei, summo cum scandalo, & Christianae fidei iactura polluant. E. eptamque vineam Nabotho praedecessori cum sanguine, in voluptatis hortos conuertunt: vt Izabelis & Achabi opera alias factum, sub specie pietatis, 3. Reg. 18. & 21. Calumniantur saepe pessimi bonos, vt episcopatus, abbatis, & aliis sacerdotibus potantur. Sicut Eusebium Arrianus eam ob rem Athanasii exilio tolli procurauit, in epistola, in concilio. N. ceno post apolo. Athanasii inter eius opera. Et nota est calumnia in DDD. Ch. ystomum, Hilarium, B. ixiumque episcopum Turonensem, quam refert Gregorius Turonensis lib. 2. 2. bistor. Franc. c. 11. Neque vehementior est calumnia, ea quae regnandi cupiditate suscipitur, vt ait Liuius, lib. 10. dec. 4. ¶ Atque constat institutionem episcoporum ad solum summum pontificem pertinere, vt non immerito idem pro destitutione consilendus veniat, c. cum & plantare, de institutio. c. cum ex iniuncto, de heretico. omnis quippe res per eandem causas dissoluitur, quibus oritur, c. 1. de reg. iur. apud Greg. l. militiam naturale eo. P. Quamquam aliquando soliti sint summi pontifices, causas episcoporum reorum ad concilia principalia episcoporum reuocare, c. 1. & fi. 3. q. 8. c. docerimus, 3. q. 9. Statutum & concilio Arelateni 3. c. 4. Caroli Magni ope & diligentia coacto, vt laici non eiciant episcopos a propriis ecclesiis, nec alios subrogare praesumant absque iudicio proprii episcopi: non enim cleus vincitur legibus secularium iudicium, c. bene quidem 96. dist. ca. ecclesia sancta Maria, de consti. Ioan. Faber, in l. cur. Etos populus, in ver. credo, de sum. iur. C. Exstant & Caesarea constitutiones quibus episcopi, qui turbant ciuitatem, ab episcopis depositi referuntur, leg. quicumque residentibus sacerdotibus 14. & a iudicibus si quis episcopus, de epif. & cler. C. si quis autem episcopus, de sancti. epif. coll. 9. Proinde in hoc crimine maiestatis quid statuendum sit, perdifficilis solutio: nisi dicamus monendum esse summum pontificem, vel cogendum esse concilium provinciale episcoporum, vt cognoscant de episcopi reatu. Nam propria auctoritate laicali in eos

manus iniicere, nisi fuga euitanda causa, non est iuri consonum. Atque eius facti poenituit Childebertum regem Galliae: is enim iusserat prehendi Egidium episcopum Remensem, vt maiestatis suspectum, sed increpatus ab aliis sacerdotibus, cur hominem rapi, & in custodiam retrudi praecipisset, permisit eum in vrbem suam redire, dirigens epistolas ad episcopos, vt die certa iudicio eius adessent, auctore Gregorio Turonensi, lib. 10. bistor. Franc. ca. 18. Sic P. atextatus episcopus Rothomagensis, falso maiestatis impetitus, concilio provinciali a Chilperico dimissus est, teste Aimonio: lib. 1. de gest. Franc. c. 27. Sed & ab hoc concilio provinciali adhuc referri potest notio ad summum pontificem, ca. 1. 3. q. 8. Nam & legitur Ioannem Summ. Pont. contra concilium Lugdunense, quod praesidete S. Nicetia, deiectos a sede episcopatum Salonium, Ebrodum, & Sagitarium Vapingensium, episcopos vt reos maiestatis, restituisse in sedes pristinas, Aim. d. lib. 3. c. 28. ¶ Iure tamen pontificio, episcopus & clericus, qui maiestatis in primo capite reus est, de gradu deicitur seu degradatur, exutus omni officio & beneficio c. si quis laicus 22. q. 5. monasterio ad poenitentiam perpetuam addicitur: degradationem hanc quidam interpretantur continere, vt tradatur poelear reus puniendus curiae seculari, vide Ioan. Bernar. Diaz, in tract. crim. can. ca. 110. quod verum esse ex expressa iuris decisione, c. novimus, c. 27. de verb. sign. lib. 5. Decret. tit. 40. fatendum est, in primo capite legis Iuliae. De alia poena imponenda, iura non habeo quae statuunt, ¶ Tamen tamen exempla referam, primum ex concilio Tolitano 16. quod a 61. episcopis celebratum ann. Domini 693. sub Flavio Egicia rege Toleti. Sisberbertum Toletanum episcopum quod regem regno priuare & eum cum aliis conciliis interimere statuerit, fuisse honore, gradu, & beneficiis deturbatum, & perpetui exilii ergastulo damnatum: excepto si regia maiestati inde eximere eundem placuisset: eandemque tunc statutam in posterum eiusdem criminis reis, Diaz, ubi sup. facit, dist. c. si quis laicus 22. q. 5. c. vn. de pen. in extra. comm. poenam apparet. Legimus Praetextatum episcopum Rothomagensis, falso insimulatum maiestatis, odio Fredegondae reginae in exilium missum: a quo, detecta calumnia, fuit reuocatus, per Guntranum, Aim. d. lib. 3. de gest. Franc. c. 27. & 64. Verum durius actum iudicium B. unichildis alterius reginae, & Aridii episcopi Lugdunensis factionibus, in S. Desiderium episcopum Viennensem, qui ea de re fuit iussu Theoderici regis lapidatus, Idem, d. lib. c. 93. Polydorus Vergilius refert monachos Franciscanos octo, maiestatis laesae reos in Anglia extremo supplicio affectos, Poly. Ver. lib. 21. bistor. Ang. ¶ Ad tamen negotia, quae veniunt consideranda in crimine maiestatis, pertinent obseruationes eorum, quae concurrunt: num simplex criminis cogitatio, & quatenus in actum pertenerit, num per reum steterit quominus non sit executioni demandatum, ex quo capite agatur, & qual lege. Martianus Iuriscoconsultus l. 3. ad leg. iul. maiest. in P. meminit. ex l. 12. Tabul. & Iulia maiestatis, reos fuisse postulatos, & ante ex lege Apuleia, vt Cicer. ait, dum de causa Norbani loquitur, 2. de Orat. quem maiestatis lege Apuleia postulatam defendit Antonius. Deinde vero fuit lex Cornelia maiestatis, cuius & meminit Cicero in Pisoné. Duumviri creabantur, & olim qui de causa perduellionis iudicarent, teste Liuius in iudicio Horatii, in 1. Quae ebat & praetor de quaestione maiestatis vt notat Alcon. Pedianus, in arg. ora. pro C. Cornelio. Ad caput tamen primum maiestatis Vlpianus refert, l. 2. ad leg. iul. maiest. scienter falsum instrumentum conscribere, vel recitare in tabulis publicis: quia rei pub. commodis ita insidiari videtur. Et tamen perduellionis crimen quoque pertinere potest, & ad poenam l. Quisquis, si quis inuadat vel prodatur ciuitatem suam aut patriam, vt eam a potestate regia eximat: contra, si prodatur alia mere, Saly. in l. fallaxiter, & ita ibi gl. intelligit, de abol. C. Tunc enim tenerentur lege Iulia de vi publica. cu laici ciuitates quam Romana, rei pub. nomine non veniant, gloss. & Barr. in l. 1. ad leg. iulia. maiest. in P. vide Ang. Aret. in §. publica, de pub. iud. nisi liberae sint, & superiorem non agnoscant. Quo calu perinde maiestatis crimen est, contra eas hostili animo attentatum, ac aduersus Republicam Romanam, gloss. & Cyn. in leg. fin. de praes. long. tempo. C.

De Coniurantibus aduersus alios, quam reges. Cap. 3.

1. Maiestatis poena contra coniurantes in sanguine coniunctos reos, & alios.
2. Coniuranti in Vicariis principis qua poena afficiatur.

- 3 *In duellionis crimen non committatur aduersus Cardinales, vel familiares Papae.*
 4 *Civem Romanum indemnatum occidens perduellionis crimine reus.*
 5 *Magistratum occidere quando maiestatis penam habet.*
 6 *Apparitores violantis qua sit maiestatis pena.*

ET si crimen \dagger laesae maiestatis expresse non habeat aliam in iure definitionem, quam si committatur ei ga sui iuris principem, & magistratus, qui lateri eius assident, *leg. quisquis, ad leg. Iul. maiest. C.* tamen hodie in Gallia, poena coniurantis in regem statuitur, & in eos, qui contra sanguine coniunctos regis, vocant principes, quive contra duces, comites, & marchiones coniurant. Ecce iudicatum fuisse in causa cuiusdam de $\text{\textcircled{C}}$ oris dicti Largirei, qui coniurauerat in ducem Sabaudiae, tunc subditum Imperatori, anno 1495. placito Senatus Sabaudiae memorat Ioan. Papius, *lib. 21. Resp. aref. tit. 2. aref. 1.* Quia & isti pars corporis principis videntur, vel reipublicae, vt & in eos committatur crimen hoc, *d. l. quisquis in prin.*

Et defendit \dagger & Bartholomaeus Brixienfis, *in reperto. in ver. maiest.* Ioan. Faber, *in §. 1. in proem. inst. per l. non dubito, de capti.* Odofredus, *in l. si. in 4. nota. de iure reipub. lib. 10. C.* & alii. quos colligit Nicolaus Boerius, *ira. de sedtio. §. 6. num. 6.* non solum aduersus reges, sed etiam aduersus dominum ciuitatis, scilicet liberae, cuius est, vt opinor, reipub. committi crimen laesae maiestatis: vel si libera non sit, idem in vicario principis, qui in ea auctoritatem gerit, dicendum a bitror. Verum, *h. i. ad leg. Iul. Mai. in P.* non vt poena leg. Quisquis, qua tenet liberos, plectatur reus, iuxta ea qua in domino ciuitatis non libera tractat Martinus de monte Lauduno tracta. de $\text{\textcircled{C}}$ isa. laesae maiestatis, in princip. & Ludouicus Bolognensis, *conf. 75.* Si tamen alicui iura regalia impartita sint ex priuilegio, vt ab eo non liceat appellari, & si aliquomodo superiorem non agnoscat, proculdubio opinor eadem, qua de perduellionatu in principem, & locum in hoc habere.

Crimen \dagger laesae maiestatis habere locum etiam aduersus insurgentes, vel delinquentes in episcopos, cardinales, clericos, vel religiosos, familiares Papae & Cardinalium, ait Ioannes de Ana, *conf. 75.* & Egidius Ballamera *conf. 15. in 1. quast.* Clerici iure canonico conspirantes vel iniurias texentes in episcopos vel alios clericos, e gradu deiciuntur, *c. si qui clerici c. clericus. q. 1. c. conuentionum. c. 50.* & focii participelq; consilii quoque omnibus officii & beneficii exuti, curiae seculari grauius puniendi traduntur, *c. grauem. de excess. prelati. c. vni. de pen. in extra. Comm. si incorrigibiles sint, non aliter, vt mitior apud iuris interpretes obtinuit sententia, l'epositi. & Archidiacon. in ca. clericus 3. que. 4. Pan. in c. si clerici, de iud. col. 14. Docto. in c. cum non ab homine, de iud. Alioquin enim in episcopum coniurans, exilio afficitur, *ca. hi qui 3. q. 4. Lege Hispanica, in l. Hisp. parti. 1. tit. 6. l. 60. duob. casib. clericus redditur curiae seculari, si contumelias afficiat episcopum, nec velit obedire ei, & si attentauerit illi u occidere. Inter perduelliones & ille erat, qui indemnatum occidisset, porfissimum quum Romanum: erat quippe lex horrendi carminis, qua peccata aliquem indemnatum vetaret, deo; umq; omnium iras peccata et aduersum eas ciuitates, qua non vindicassent in pollutos, vt explicat Henricus Glareanus, *in 1. libr. prime dec. Li. viii.* Et \dagger id colligi potest ex Lino, in 1. qui ait lege ea horrendi carminis, reum perduellionis actum fuisse Horatium, qui sortem suam interemisset lac imantem, & obuiam illi existentem redeuntia victoria Curiatorum. Sic enim ait, *Atrox visum id facinus patribus plebique, sed reccens meruissae factio obstrabat, tamen raptus in tus ad regem: Rex ne ipse tam irrisus inoratuque ad vultus iudicii, aut secundum iudicium suspicium auctor esset consilio populi aduocato. diuimuros inquit, qui Horatio perduellionem indicent secundum legem, factio: lex horrendi carminis erat, diuimuri per duellionem iudicent. Si a diuimuris prouocari, prouocatione curato: si auerent, caput obnubito, infelici arbori resti suspensio, verberato, vel intra pomerium, vel extra pomerium. De eiusdem Horatii accusatio loquens Dionysius Halicarnassensis, *lib. 3.* explicat quoque qualis esset illa lex. Quidam, inquit, non modicis auctoritatis viri ceperunt reum agere Horatium parricidii ea disque domestica. li longa oratione proferebant leges, que nemini quemquam indemnatum occidere permittunt: recensiebantque exempla deorum in ciuitates, que multa sciuissent scelera.***

Magistratum \dagger occidere populi Romani, vel eum qui imperium potestatemque habebat, crimen maiestatis est graue, *l.*

prima, ad legem Iul. maiest. in P. atque pari poena ac in principem factum, puniri statuerunt Caesar: s, si a consiliis illorum sint, vel lateri illorum adhaerent, *leg. quisquis eod. C.* Et haec vera esse possunt quando iniuria, vel homicidium sit magistratum gerentium officium sibi commissum, tunc enim vel maxime consideranda persona, cuius gerit munus. *Iulianus, leg. 3. de offic. eius cui mand. est iuris d. lib. 1. P. tit. 21.* secus si non esset in executione officii.

Et sic annotauit Guido Papae, *quest. 557.* addens in Gallia inde praxim sumtam, qua verberantes apparitores, quos ipse vocat seruientes regios, cum officia seu munera sibi commissa exercent, capite puniuntur, aut manus eis amputantur, propter iniuriam illatam principi: in patria tamen Delphinali, pecunia mulctari, aut arbitrio iudicis puniri, *Idem inibi & Petrus Iacob. in tit. libelli, de constituta pecunia.* Ceterum, hic oportet aliunde, quam ex apparitorum scriptis, constare de iniuria. Neque in hac causa statuitur, vel creditur relationi seu testimonio apparitoris, sed veritas inspicienda & perscrutanda, vt mouit Gordianus, *l. ea quidem 7. de accusatio. C.* De qua si constet, vel si relationes sunt sobscriptae testimonio idoneorum testium, vindicta proculdubio sumenda: cum istis, qui mandata regia exequantur, & eius auctoritate quippiam agunt, videatur veluti viuae principis imagines. Et certum sit, eos quoque maiestatis esse eos, qui in status principum iniuriam inferunt, *vt inferius docetur, in variis criminibus maiestatis.*

De Crimine Maiestatis contra Legatos reipublicae. Cap. 4.

- 1 *Legatos reipub. vel principis violasse, maiestatis crimen, & legi Iulia de vi publica.*
- 2 *Legati etiam hostium inuolabiles. Et bella ob eos violatos: & sancti legati num. 3. 4. & 5.*
- 4 *Legatus non debet minori maiestate vti, quam is qui eum mittit. Et 10.*
- 5 *Legatum violantis iniuria potestati & ciuili poena.*
- 6 *Legati quando iuri inuolabiles.*
- 7 *Legationes liberae sine priuilegio legationis reipublicae causa. Et illa a quibus impetrabantur, sublata, restituta, & limitata, num. 8. & 9.*
- 10 *Legatus reipub. obliuisci debet propria negotia.*
- 11 *Legati unde dicti.*
- 12 *Legati municipiorum & ciuitatum qui. & cuius auctoritate fiant.*
- 13 *Legati quot, & quomodo decerni possunt a ciuitate.*
- 14 *Legatio alia gratuita, alia cum salario.*
- 15 *Legati qua negotia propria vel aliena praeter mandata gerere possint.*
- 16 *Legatus legationem ne deserat. Vicarium quando det.*
- 17 *Legatus designatus quibus possit vti excusationibus, ne legationem obeat.*
- 18 *Legationis municipalis alia species pro cura aliqua.*

Crimen \dagger maiestatis quoque visum est non immerito, legatos reipublicae, vel principis violasse: quia aduersus securitatem commissum populicam & principis, & potestatem habentem populis, *l. ad leg. Iul. maiest. P.* vel principis vicemque eorum referentem. Suffragatur huic legi lex Iulia de vi publica, qua tenetur qui legatos, oratores, comitesque eorum pulsauerit, vel iniuria affecerit, *Vlpian. l. lege Iulia 7. ad leg. Iul. de vi pub. lib. 48. P. tit. 6.* Inuultissimumque; & apud Graecos & Barbaros visum, legatos violasse, *Egeppus lib. 1. cap. 3. 1.* **I**us \dagger quippe legationis, etiam inter hostes, diuino & humano praesidio vallatum est, *Cicer. in Verri, 3.* Sancti habitus, sanctumque ver. diuis. P. nec nisi sanctis & consecratis caeremoniis legati olim designati, *Plin. lib. 21. c. 2. & lib. 25. ca. 9.* siue faciales essent, ad pacem componendam missi vt bellum indicerent. Et proinde iurisdictionem censetur, non violandorum legatorum, quando iurisdictione hac publica funguntur, religio, *ca. iur. gentium. 1. d. s. m. l. l. sn. de legat. P. 1. obly. late in 1. & 2.* Erat & Francorum haec religio, de qua Gregorius Tuonenis sic scribit, *lib. 7. bist. Franc. c. 32.* Post haec inquit, missi Gundabaldus (qui debebat se solum Clotarii moriui) duos legatos ad regem Gunth: animum, nempe cum virgis consecratis, sextariau Francorum; scilicet ne continerentur ab eo, sed exposita legatione cum responsione reuerterentur.

3 Scribitur & Senatui Atheniensium Philippus, in oper. Demosthenis epist. a Philippo senatus missa, post 4. Phisip. recte se in eos bellum inlicitum, quod Diopithes Amphilochum suum legatum nouem talentis acceptis dimisisset, & carcere detinisset, adiciens. Cum ceteris omnibus praecone ac legatum violare, impium videtur: uim uobis imprimis Atheniensibus. Sicuti cum Megarenses Anthemocritam sustulissent, tanta iracundia populus Atheniensis exaruit, ut eos mysteriis prohiberet, & in monumentum iniuriae statuant ante portam erigerent. Legatus qui maiestatem sui principis refert, & idcirco eius contemptus pertinet ad principem, & constituitur poena grauis. Imo non alienum a crimine, si legatus ipse illa maiestate submissus se gerat: sicut & Atheniensis Euagoram interemerunt, qui cum legatione ad Alexandram fungeretur, genua flexisset, Athenae. l. 6. c. 6. Qui legatos violant vel impediunt, iure canonico excommunicantur, ca. signis 9. d. s. c. illi, 2. q. 7. Iure ciuili qui legatum hostium pulsauerit, hostibus quorum erat legatus, puniendus pro illorum arbitrio debeatur, l. si de legato l. 50. P. tit. 7. ubi exempla Florus. l. 19. Epito Multo magis, si quis legatum occidisset: quia proculdubio legatos occidisse, causam inferendi belli esse legitimam, plinius docet Polybius in l. 2. Bellum a re mouerunt contra Fidenates Romani: dictatore creato Manilio, Magistro equitum Aulo Cornelio, quod Romanorum legatos leui quadam obiecta causa necassent; Diod. Sicul. lib. 12. L. uisus, 4. A Crotoniatis Sybaritae destructi & deleti, quod Crotoniatarum legatos interfecissent, & extra ciuitatem uolucibus & feris edendos proiecerunt, auctore Arhenaeo lib. 12. c. 6. Extio fuit Arabibus, Herodis legatos occidisse, ut narrat Egeffippus lib. 10. 32. Fuit Atheniensium solum cum urbe vastatum, quia legatorum, quos Darius ad eos terretur & aquam petuum miserat, alios in barathrum, alios in puteum demiserant, iubentes illinc terram & aquam ad illos deferre, teste Herodoto in 7. Ceterum, si ne blandiantur sibi nimium honore legiti, neque preter modum insolentent, cauere debent: aliud enim est legati munus rite obire, aliud eo abuti. Et tandiu durat ius non violandum legatorum, quantumdum sibi ius legationis, & honestatem conferauerint, ut dicebat Theoda apud Procopium lib. 7. de bello Gothor. ad oratores Byzantinos Reatus enim omnem dignitatem excludit, l. 1. C. ubi senat. vel. l. arvis. per id tempus, de curio. l. 12. C. l. uisus, de digni. l. 12. C. l. quoriam, eo. tit. Tractat hoc caput Conradus Brunus, l. 4. de legatio. c. 4. Consule, si egeas. Item & hoc ius concessam maxime illis, qui non habent legationes liberae, sed reipub. causa. Nam liberae uix fuerunt sine reprehensione, reprehendit Cic. 3. de legi. in Rellum, tantum absit, ut hoc priuilegio dignae sint habitae: & legati illarum, honore quidem hictorum functi, Cic. ad Cornis. l. 12. epist. fami. epist. omnibus 262. uerum sine mandatis Reipub. in rem suam in prouincias abibant, idem in 2. Agraria, & 3. de legib. ornamenta tantum causa a Senatu hunc honorem impetrantes: quemadmodum etiam nunc, honorarii quidam magistratus a priuilegiis conceduntur, & tituloretus. Porro & legationes liberae ab iis senatoribus impetrabantur, quibus negotia erant futara in prouinciis: si hereditares persequi aut legata, aut nomina inibi exigere uellent, ut legatorum noninibus seu personis acceptis, commendabiliores causas, & controuersias suas facerent. Et proinde qui libera legatione aberant, ut causa sui commodi absentes, absentium reip. causa priuilegiis non utebantur, l. qui libera legatione (sic enim legendum) non cum aliis qui hber a legatione, de leg. in P. l. non uere. ex quibus cau. maio. P. l. rep. causa, eo. tit. Et tandem odiosa ceperunt esse huiusmodi legationes, quia inique fierent, & potius ad corruptendam iudicia, & ad aduersariorum depreffionem impetrarentur. Atque & i deo lege 12. tab. sic prohibitum. Rei suae ergo, ne quis legatus esto. Et Cicero 3. de leg. Nihil esse turpius, in hac uerba tradit, Senatore sine praerogatione: legato sine mandatis, sine reip. publica munere. Adit quoque, Quod quidem genus legationis, ego Consul. quamquam ad commodum Senatus peruenire uideatur, tamen approbatione Senatus frequentissimo, nisi mihi tenuissimus Tribunus pleb. (uidehiet Clodius) merceffisset, nulli solum: minus tamen tempus. Quod orat in finitum, annum feci. Ex quibus etiam colligere possumus, post l. 12. tab. exstinctas legationes honorarias seu liberae renixisse, & nimium productas, ad tempus annuum Ciceronem repressisse. Sed postea lex Iulia, etiam quinqueuennales indulsit: Cicero enim ad Atticum sic scribit, Habent, ut opinor, legationes a finitum tempus lege facta, nec facile addi potest: bella est autem ex huius iuris quinqueuennis uentia. Harumque legationum uel ex eo improba apparet con-

cessio, quod nec municipalium legationum conditio patitur legatos, in legatione propriis negotiis, uel aliis quam mandatis, ut mox dicam, operam dare. Legatus creatus § fin. l. 15. de lega. l. 50. P. Legatus enim principis uel populi est munus praecipuum, apud eum uel eos, ad quos mittitur, dignitatem conseruare, cum maiestate mittentium atque facessere debet longe omnis priuata amicitia & uilitas, dum publica mandata intercedunt, ut dicebat P. Popilius legatus Antiocho regi missus, Iust. l. 43. hist. Et populus Atheniensis Timagoram extremo supplicio condemnauit quod missus ad regem Persarum Artaxerxem, cum alii Lacedaemoniorum atque Thebanorum legati a regis muneribus abstulissent, regi more gentis adularus dona ad auaritiam usque; & infamem cupiditatem ac episset, Demosth. Philipp. 4. Plutar. in Cleopida Val. Max. l. 6. c. 3. Idem Atheniensis Demadem decem talentis multauerunt, quod Alexandrum Magnum Deum exultauerunt, Athenae. l. 9. D. pro. c. 6. Quinimo & legatos disciplina maiorum proprie uoluntatis obliuisset debere statuit, dum mandata contraria sunt. Ira Metrodorus legatus a Mithridate ad Tigranem regem Armeniae missus procedere inuadendo, contra Romanos capite damnatus est, quod Tigrani uiso periculoso bello, & interroganti Metrodorus quid consuleret, is responderit: ut legatum, se suadere: ut Metrodorus, dissuadere, Plutar. in Lucullo. Legati & dicti sunt, quod publice eligantur, ut mittantur, ut ait Varro 4. de ling. Lat. uidelicet ad expedienda negotia publica. Quamobrem & sunt etiam aliae species legatorum, qui non a principibus, neque etiam semper ad principes mittantur, sed a ciuitatibus & municipiis: quorum tamen priuilegia eius generis non sunt, cuius sunt publici faciales & cadu: eatores, cu ciuitates publicum ius non habeant, Vlp. in l. bona ciuitatis 15. C. Causa in l. inter publica, 16. de uer. sig. P. nisi libere, & a maiori sint ditione absolutae. Esti carachristicis: bona dicantur ciuitatum publica: habent nihilominus istae municipales legationes & ciuitate, suas leges, suaeque priuilegia. Atque ut grassandi & ambitionis quorundam, qui in municipiis sibi tantum consulunt, occasio uideatur, iure non licet municipio, uel ciuitatibus legatos ad principem mittere, nisi uoluntate consilii publici ciuitatis, & auctoritate interueniente magistratus superioris, qui ei praefit, l. fin. de legatio. l. 10. C. tit. 63. Is autem magistratus, qui de eo consulitur, pendere debet & legationis necessitate in & sumtuum rationem, qui in detrimentum ciuitum reuoluuntur, quorum causa debet legationes illas circunscideri: ut fecit Plinius secundus apud Byzantinos, in legatis qui maximo sumtu quotannis & ad Imperatorem & ad Myrae praesidem publice saluandum mittebantur, quod & probauit Traianus, Plin. 2. l. 10. epist. de Byzantio impetrans ad Traianum, epist. 4. 2. C. 3. Voluit & lex ne ciuitas amplius quam ternos legatos mittere possit l. 4. § fin. de legatio. l. 50. P. tit. 7. Permittit tamen eundem, legationes plures suscipere, & sumtus pro singulis l. eundem, 6. eod. & ultra sumtus uiciter & legatitium, id est, salarium legationis. Est enim legatio haec, aliquando cum salario, aliquando gratuita, l. 2. § si. l. si absentis, 11. co. P. l. 2. eo. tit. l. 10. C. Oportuit enim & quodam salario hos, qui coguntur subire legationes, releuari, cum ea plura illis adferat incommoda & damna facultatibus, & propriis negotiis: utpote qui nec propriis, nec alienis pendere legatione se miscere possint, nec aliis quod mandatis uacare, Paul. l. Paulus respondit, 8. § fin. l. legatus, 10. C. Modest. l. is qui legatione, 15. l. eundem, 6. § fin. de legat. in P. de contractu eius, l. 3. eo. tit. nisi forsan per aliu sua negotia curent, l. 2. §. l. eo in P. uel domum in ciuitate sua emanat. Scant. l. legatus creatus, 12. eo. uel pupillo, non suorum nomine instituant uel defendant eas illas, si absentis, 11. eo. uel de damno, quod legationis tempore passi sunt, l. Paulus respondit, 9. eo. P. l. 2. § item si exera, & l. non coguntur, de iudic. l. 10. P. Haec enim illis licent, nisi uelint imitari constantiam legatorum a Romanis Tarentum ad res repetendas missorum, qui cum grauissimis ibi iniuriis accepissent, unus etiam urina respectus fuisse, in theatrum admissi, legationem tantum quibus accepterant uerbis perterunt, de his quae passi erant quae non sunt: ne quid ultra, ac mandatum esset, loquerentur, Val. Max. l. 2. c. 1. Non & legatus Reip. non sua causa abesse quoque dicitur, l. qui libera legatione, 14. de legatio. P. Nec legationem deicere potest sine causa necessaria de citionum aliter remouentur in posterum albo, l. 1. de legatio. P. § l. 2. §. l. eod. de quo eliguntur secundum ordinem, l. 7. eo. tit. ubi legatio de primariis aliquem mitti non desideat: alias, contra, l. 4. §. ordines eodem. Vicarium dare tamen pro se legatus municipii filium potest, leg. §. fin. 6. C. 7. § leg. vicarius, 13. eod. Non cogitur



legationem quis subire ad eum, qui amicum suum vel domesticum accusauit, l. 4. §. si accusatio, eod. Debitor reipub. eius non est legatus, nec cui interdictum est postulare, Martia. l. 4. eod. fisci tamen debitor potest fieri legatus, d. l. 4. §. 1. Excusat se qui vacationem habet ob alia privilegia, & ob legationem intra biennium gestam, l. filius decurio, cum l. seq. 7. §. 8. eo. sit. P. l. 3. C. eo. Illud & singulare est, vt si legatus rediens a legatione in itinere moriatur, non restituant heredes eius sumtus ob eubendam legationem acceptos, l. legatus, 10. §. 1. eo. in P. Item quod tres liberi in columes excusent a legatione, l. 1. C. eo. lib. 10. ¶ Est ¶ alia legatio etiam municipalis, quae non honor, sed munus est, vt ad census accipiendos, patrimonium describendum, frumentum cogendum, & c. l. 1. §. personalia, de munerib. P.

De Proditionis crimine. Cap. 5.

- 1 Proditio in priuatis & publicis negotiis locum habet.
- 2 Homicidium proditorum grauius puniendum.
- 3 Proditio quid, & proditores deprendendi.
- 4 Proditio quare atrox crimen. Et proditionem diligi, non proditores, nu. 5.
- 6 Hostis infidi consuetudo tuta non est.
- 7 Inimicus secretus periculosissimus.
- 8 Exploratores sunt proditores, & de pena eorum, & transfugatum.
- 9 Exercitus fines excedere capitale.
- 10 Proditionis alia crimina.
- 11 Pax turpis non facienda, & de ignauia militum, & decimatione ob eam.
- 12 Hostes ad bellum inferendum clam cocitare, capitale & maiestatis.
- 13 Hostibus ingressu praebentis in regni, pena capitalis & maiestatis.
- 14 Munera ab hoste accipere signum proditionis: vt & exercitum reducere nulla re gesta, numero 15. 16. & 17.
- 18 Consilere contra rempub suam instar proditionis. Et legati necari cum familia hac de causa.
- 19 Administrationem prouincia ciuilem vel militarem relinquere inuisse principis, proditorium.
- 20 Ciuitatis quis possit dici proditor.
- 21 Ciuitatem dedere quando hosti liceat.
- 22 Proditorum apud Germanos, & alios populos pena. Prodendi consilium sine executione puniunt, eod.
- 23 Proditors puniti ab iis, quibus deditio facta.
- 24 Hostes iurare, armis, consilio aliaque re, proditionis & maiestatis est crimen.
- 25 Commercia cum hostibus prohibita.
- 26 Hostium partes securi, decimati, & diu deuoti.
- 27 Literas hostibus misisse signum proditionis, vindicatum.
- 28 Pradandi hostibus dani facultatem in suos, vel cum illis pradam diuidens, maiestatis & proditionis reus, & qua eius pena.
- 29 Amphychionum senatus qualis.
- 30 Hostem fugientem abscondens, nec reuelans relegandus.
- 31 Nauium fabricam hostibus fabricans, capitali crimine dammandus.
- 32 Exercitum in insidias deducere, proditio est, & sequens.
- 34 Pugnantibus alius in exercitu non pugnare, proditionis crimen, & eius pena.
- 35 Fugiens primus in acie capite puniendus.
- 36 Ouidionem sine causa soluere, proditioni datum, vt & arcem, & stationem sine principis auctoritate relinquere, & 37.

Proditiones ¶ & in priuatis & publicis reperiantur negotiis. In omnibus causis personarumque qualitas distinguunt penas. ¶ In ¶ priuatis, homicidium aliquando per insidias aut factionem latronum alicuius priuati proditione fit, penaque grauiori vindicandum, c. 1. de homicid. l. respiciendum, §. delinquent, de pe. in P. Si homicida sint potissimum Arfacida, vel affassini, ex conc. Lugdun. in c. 1. de homicid. in 6. ex numero eorum vel moribus iis similes, qui ita dicti ex Perfide aliquando prodierunt tempore facti belli in Mahumetitas, quorum e numero erant: verum ita in Christianos proceres ex factione propria coniurati, vt se vitam aeternam consecuturos arbitrentur, si aliquem eorum occidissent, ipsi vero perissent. Quum obrem idiomatica Christianorum edocdi, sese iam principibus nostris immiscentes, directa formidine obrunabant, l. aut. e. Am. in Ludon. Ludon. l. 5. hyst. Franc. lib. 6. in P. hyst. August. & lib. 7. in D. Ludonico, dum ab illis non cauebatur. In quos concilium Lugdunense & in eorum fautores statuit penas acerbissimas. A quibus, & qui

per insidias alios necant, nunc sunt affassini dicti non tamen lae maieftatis rei. Idcirco de illis hic non agemus, sed de proditione, quae rempub. laedit. ¶ Itaque ¶ hic proditionis crimen est, hostium partes fouere, vel ope vel consilio clam, dum nemo suspicatur. Nam qui malo consilio & proditoris animo patriam derelinquit, hostium numero habendus est, vt ait Paulus, l. postminium. 19. §. transfuga, de capti. & post. reuers. l. 4. 9. P. tit. 15. Proditoribus omnibus hoc commune, per beneuolentiae fucum & dum illis fiditur, insidiari: vt Suidas in verb. raldupr, & recte de eo, qui eius generis est, αμείβος δόλοισι, & raldupr, & id est, mulces cum mordet, quia canis es clandestine mordens. ¶ Proinde ¶ cum non nisi ii, quibus cum nobis est amicitiae vel fidei vinculum, proditores dicantur, pœnis a societate omni expellendi, vt latentes, & ideo perniciosiores inimici. Tanto, inquit Xenophon l. 2. rer. Graecar. perniciosius delictum est proditorum, quanto difficultius rem latentem quam manifestam custodire: tanto etiam abominabilis. Quia hostes aliquando conciliantur, amiceque redduntur: at qui semel in proditione prehensus est, cum illo nemo unquam in gratia redit, aut illi deinde non fidit. Sic Cicero l. 1. Accus. Omnium communis est inimicus, qui hostis est suorum: nemo unquam sapiens hosti credendum putauit. Et Demosthenes reus seque, Nemo o Athenienses, eo animo pecuniam consumis, vt proditorum rationibus consulat: neque, quicquam posteaquam ea que redemit, obtinuerit, atque in potestate sua habuerit, proditorum reliquis de rebus in consilium adhibet. Et apud Homerum Achilles ¶ illiota. seu 9.

ὄφθεις γὰρ μοι κείνῳ ἴσους αἰδύο παύων, αἷς ἔρεσθαι κείνῳ ἐν ἰσῶν, αἰδύο βλάτες, id est, Inimicus enim mihi ille aequae ac inferni porte, Quis aliud occultat in mente, aliud autem dicit. Et Chorus ad Mercurium apud Aeschylum in Prometheus traged. circa fin.

τὸς ἀεὶ δόρας ἴσους ἐμαδύο, & ἄ ἔστι νόσθῳ τῆς δὲ ἴσῳ τῷ ἀρεθῶν μᾶδου.

Didici enim odisse proditores: Nec est vitium quod magis, quam hoc respuum.

¶ Et ¶ diliguntur interdum proditiones, verum proditores perpetuo abominabiles: vt probare quidem potuit Seuerus, cum ad imperium peruenisset, Pertinacis occisi morte, verum eos qui occiderant, morte multauit, & milites celeris conficiis militibus insignibus exutos dimisit, Dio in Seuero. Herodia in 2. Eutro. 4. Nica. Et Claudius ratam quidem ante imperium adeptum Cassii, Cherea, & Lupi, aliorumque habuit operam: qui merito Caium ob nimiam crudelitatem occiderant: attamen & ipse Claudius imperium adeptus in percussoribus animaduertit, Dio lib. 60. Ioseph. lib. 19. antiq. c. 3. Quia si Caius occidi debuit, tamen a Cherea tribuno suo non debuit, cui salus principis erat commissa. Similia & de pluribus postea Deo volente referam. ¶ Sed illud ¶ non omitto interim dignum principe Constantio, cum enim aduersus eum rebellasset Eudochius, & victus ad Ecdicum confugisset, Ecdicus eius benigne hospitio suscepit, tanquam quod ab eo accepisset beneficia: noctu tamen ei caput amputauit quod cum ad Constantium detulisset, Constantius quidem de facinore hoc gratias ei egit, & caput recepit. Cum autem manere cum illo conaretur, discedere iussit, minimeque rem sibi exercituique bonam putauit fore infidi hospitis consuetudinem, teste Nicephoro Calisti, l. 14. hyst. c. 6. ¶ Facilius ¶ cautio est vbi manifesta formido est, vt ait D. Cyprianus tracta 3. de simplici. prelato. Et ad certamen animus ante struitur, quando se aduersarium quis proficitur: plus cauendus & metuendus est inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit. Et, vt ait Constantinus l. data 27. C. de donatio. Claustris & domesticis fratribus facile quibus negotiis opportunitate confingit potest. ¶ Nec ¶ vlla pestis nocentior familiaris inimico, ca si intimitus, 93. dist. Exploratores, qui secreta nostra nuntiant hostibus, proditores sunt, vt ait Arrianus Iurifconsult. l. omne delictum, 6. §. exploratores, de re milita. in P. De transfugis idipsum dicendum. Horum penas sancitas sic inuenimus. Transfuga ad hostes, aut secretorum nostrorum renuntiator, aut viuis exuratur, aut furca suspendatur, ait Paulus Iurifconsult. l. si quis aliquid, 38. §. transfuga, de pan. in P. Consentit Vlpianus l. aut damus, 8. §. hostes, eod. Capitales penas dixit Arrianus, d. l. omne delictum, §. exploratores, & Martianus in l. proditores, 7. eod. de re milita. Licebat & eos, qui a Romanis ad hostes confugissent, impune cuilibet tanquam hostes occidere, l. 2. de defertor. lib. 12. Cod. l. 2. quas. l. v. vnicuique sine iud. se vind. C. Et de profugis, inquit Liuius ab.

lib. 10. deca. 3. gratius quam de fugitivis consultum: nominis Lavini
 qui erant. secari percussis: Romani in cruce sublati sunt. Lex anti-
 qua Langobardorum. l. 4. de malefic. l. 1. leg. Langobard. Si quis sca-
 meram. id est. exploratorem. quem vulgus vocat spionem. intra
 provinciam celeriter. aut annonam dederit. anima sua incurrat de-
 trimentum. aut certe componat solidos nongentos regi. Lex Aegyptio-
 rum his. qui secreta hostibus releuassent. linguam iubebat ab-
 scindi. Diodor. Sicul. lib. 2. Biblio. cap. 3. Alcibiades f. Dux Athe-
 nienfium. conuocatis omnibus maioribus & iunioribus in Pa-
 rione hostibus classis magnitudo innotesceret mortem indixit.
 si quis finibus excederet. Xenoph. lib. 1. rer. Gracar. Inter f. cri-
 mina proditionis. lex 1. 2. tabular. capite punit eum. qui hostes
 concitauerit iuueritve. qui imbellis cesserit. arcem tenuerit. ca-
 stris concesserit. l. 3. ad leg. Iul. maiestas. in P. hoc est. qui hostes prop-
 uulsare possit. cesserit. vel arcem sine defensione tenuerit. § Sep-
 tuatus f. Romanus M. Clodium Corfis. qui turpem cum iis pu-
 blicam inerat. dedit. eundem ab hostibus non acceptum. in pu-
 blica custodia necari iussit. & corpus detestanda gemoniarum
 scalarum nota fcauit. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3. Vocant Gre-
 cianatore Budæo. & de quoque. consultam & meditatam ignaui-
 am. qua hosti cedunt proditores: vt si milites duci vel Imperatori
 inuenti. vincere nolunt. Ob quam causam decimatum Plinius
 exercitum ab Appio Claudio consule Romano. refert Plinius.
 12. Ad f. crimen quoque hoc arbitror pertinere. clam hostes ad
 bellum inferendum sollicitare. Et Scæuola in l. 4. ad leg. Iul. ma-
 iestas. P. maiestatis crimine teneri eum ait. Cuius opera factum
 est. vt ex amicis hostes populi Romani fiant: cuiusve dolo malo factum
 erit. quo rex externa nationis populo Romano minus obtemperet. Et a-
 libi CC. l. quisquis. Cod. sod. Si cum barbaris quis inuenit factionem.
 aut factionis ipsius susceperit sacramentum. Iudicium illius celebre
 est apud Orofium lib. 1. cap. 27. § 28. & Pompo. Letum in Theo-
 do. de Rufino & Stilicone. qui a Theodosio Cæsare relicti fue-
 rant tuores filiorum & imperii: ille Archadii. Stilico vero Ho-
 norii. Cum enim Rufinus primum aduersus Archadium. Alari-
 cum Gothorum regem sollicitasset hoc animo. vt eo motu &
 rebus turbulatis. diadema orientis non ambitu. sed quasi ne-
 cessitate capiti suo imponeret. Atque etiam Stilico alia & secre-
 tiore via. filio suo Eucherio tyrannidem pararet. Et postremo
 Suenos. Vandalos. & Alemanos ad inferendum bellum Hono-
 rio malitiose attraxisset. ambo perniciosi tutores detestis infideli-
 bus damnati sunt. Stilico Romæ cum filio in foro pacis occisus:
 Rufini caput cum dextra manu. ad portas Constantinopolis ap-
 pensum. asfixumque est. § Herineri f. Francorum 19. Regis lex
 est: vt princeps sub rege Francorum in potestate constitutus ducali. si
 volens introitum hostibus permisit. sepeliatur viuus. aut capite pu-
 niantur: uxores vero eius cum liberis & rebus omnibus. regis ministerio
 14. cedant. Ioan. Tritem. lib. 1. Breuiarij histor. Francor. § Ad f. proditi-
 onem pertinet etiam. munera ab hoste accipere: signum enim
 hoc est animi parati ad proditionem suorum. & cum hostibus
 consentire. Et Vlpianus ait. l. 1. ad leg. Iul. maiestas. in P. crimine læ-
 se maiestatis eum teneri. qui hostibus populi Romani nuntium
 licetate miserit. signumve dederit. feceritve dolo malo. quo hos-
 tes populi Romani consilio inuentur aduersus rempublicam
 Romanam. Vix nemo munera ab alio. quàm ab eo. cui bene
 vult. accipit. Proinde placuit Senatui Atheniensium de Artinio
 Pichonaus filio. e Lelea Asia oppido cognosci. qui iussu regis.
 cui obtemperare etiam necesse habebat. e Media aurum Pelopon-
 nensem attulerat. Græcos emendi. corrupendi. ac sollici-
 tandi causa: atque eum absentem cum omni sua gente ac co-
 gnatione ignominiosum. hostemque populi Atheniensium
 pronuntiarum est: videlicet vt ex Atheniensium legibus a quo-
 libet impune occidi possit. quique eum agnatione continge-
 rent. Præterea cautum. vt incisum hoc populi scorum area pila
 in arce collocaretur. Demost. Philip. 3. A f. hi. con. Ctesiphon. Iso-
 15. ora. in Panegyri. § Phaylus f. Syracusanus classis præfectus aduersus
 Tyrhenos. cum ad eos perueniens insulam quandam depopu-
 latus esset. continuoque magna pecunia accepta. nulla alia re in
 ea expeditione egregie gesta. in Siciliam rediisset. proditionis ac-
 cusatus. a populo Senatueque Syracusano exilio damnatus. Diod.
 16. Sic. lib. 11. § Timotheus f. dux Athenensium illusterrimus. cum
 ac. epistola Chii & Rhodii quædam. centum multatus est. vt
 17. ait Dinarchus contra Demosth. § Timagoram f. extremo supplicio.
 vt diximus ante. condemnarunt Athenienses. quod in lega-
 tione ab Artaxerxe Persarum rege. ad quem missus erat. cum a-
 lii Lacedæmoniorum & Thebanorum legati a muneribus ab-

stinuissent. dona accepisset. Demost. Philip. 4. Plutarch. in Pelop.
 Val. Max. hb. 6. c. 8. § Tradunt f. Aniphonem. & Archipole-
 monem & Onomaclem legatos ab Atheniensibus missos tem-
 pore belli Peloponnesiaci ad Lacedæmonios. accusatos & con-
 uictos e re Lacedæmoniorum vtilissima concilia. pro Atheni-
 ensibus deteriora protulisse: & placuisse ideo animaduerti in
 eos. vt eorum etiam ædes solo æquarentur. gens familiaque rota
 partim necaretur. partim infamia perpetua notaretur. in vita
 Thucyd. dis. § Putarem f. & ad proditionem pertinere. relinque-
 re administrationem militarem. vel civilem provincie sine ius-
 su principis: nam & maiestatis reus est. qui hoc facit. § si quis au-
 tem de administr. in auth. coll. 7. tit. 6. § Proditionis f. & maiestatis
 crimine is quoque accusari potest. cuius ope. consilio. dolo ma-
 lo. provincia vel ciuitas hostibus prodita est. l. 1. § l. maiestatis. l.
 pen. ad leg. Iul. ma. in P. videlicet. si is qui hoc egit. ciuis sit. vel e-
 iusdem subiectionis. cuius est ciuitas prodita. vel si sub eodem
 principe: alioquin alienigena & extraneus. & non subditus non
 committit crimen læsæ maiestatis. vt notant Baldus & alii. in l. si
 quis nuntios. de fal. mon. C. gl. in ele. pastoralis. in ver. non subditus. de
 re iudi. quam ibi interpretatur in Regi. Bellam. cons. 15. quos refert
 Nicol. Boerius tracta. de sedicio. § 6. num. 2. § 3. § Lex f. Athenis
 lata. Xenoph. lib. 1. rer. Gracar. qua qui ciuitatem tradere conantur.
 in foro iudicantur conuicti. in Attica sepeliri prohibentur. &
 bona publicantur. si dolo malo se dedant: aliter ex causa dediti-
 onem cum consilio ciuitatem facientes. exculantur vt plerum-
 que. tunc enim non est proditionis locus Ita Anaxilaus factus La-
 cedæmone capitis reus. quod cum aliis quibusdam Byzantium
 a Clearcho tutatum Atheniensibus obsidentibus prodidisset.
 absolutus est: quod non tam vrbem prodidisse. quam seruasse vi-
 deretur. cum cereret pueros ac mulieres inedia perire. præci-
 pue cum Byzantinus non Lacedæmonius esset. Xenoph. lib. 1. rer.
 Graca. § Antiqui f. Germani proditores & delictores suspende-
 re a toribus solebant. vt notat Cor. Tacitus de morib. Germa. At
 nunc constitutione. in constit. causa capi. facta in comitiis Au-
 gusti. vii. 12. Caroli 5. Cæsaris capite puniri & membratim dil-
 cerpi iubet. vt & Beatus Rhenanus li. 3. rer. Germanica. proditoris
 pœnam dissecti onem membrorum dicit. Romanorum aliud
 celebre iudicium: cum enim in præsidium Rheginorum Legio
 Campana cum præfecto Decio Iubelio missa esset. milites alle-
 cti opulencia Rheginorum. ita fidem violarunt. vt occiso Iube-
 lio & in eius locum sua sponte M. Cælio suffecto. Rhegium oc-
 cupauerint. ciuium alios vrbe. alios opibus. alios vita priuaue-
 rint. Vindicauit Senatus hoc turpiter contra: ius gentium ad-
 missum. & vrbe oblecta captis omnibus supplicium sumtum est.
 vt narrat Polybius in 1. Florus lib. 12. epitomes. Valerius Maximus
 in 2. Orofius lib. 4. c. 3. Et quamuis antiquitus nemo apud Lacedæ-
 monios indicta causa occideretur: tamen auctoritate sena-
 tus eorumve. qui Ephori dicebantur. cum a Thebanis duce E-
 paminunda vrbs Lacedæmon obsideretur. admonitus Agefila-
 us quosdam ciues de proditione cogitare. noctuque in vnam
 domum conuenisse. absque vlla alia iudicii forma statim eos ne-
 cari iussit. Plut. in Agefilao. Phrynici ducis Athenensium me-
 moria damnata post mortem. quod de prodendo exercitu A-
 theniensium cum Atyocho Lacedæmoniorum duce commu-
 nicauerat. teste Plutarcho. idem in Alcibi. § Pupiri f. & prodito-
 res ciuitatum merito abiis. quos proditionibus compotes voti
 fecerat. Tacitus Sabinorum dux vbi proditione Tarpeia. Valer.
 Max. lib. 9. c. 6. Flor. lib. 1. epit. c. 1. Plutar. Parale. 31. Propert. 4. O-
 uida. Metam. lib. 14. filia Ipurii Tarpeii qui viuente Romulo ar-
 cem tuebatur pontus ar. e est. præmium flagitantem armis ob-
 rutam necauit. Lyfimachus proditorem quandam Andraga-
 thum nomine. vbi eo quod volebat potius est. pe sime multat-
 um & cruciatum interemit. vt ait Polianus li. 4. Strabonematum.
 Antigonus proditoribus Eupenis. qui proditum sibi adduxe-
 runt. non pepercit. neque quidem Antigono duci: Nam. vt scri-
 bit Diodorus Siculus lib. 9. cum in caueam æneam conclusum
 viuum combussit. alios interfecit. Aurelianus Cæsar cum Thy-
 anam ciuitatem obsidisset. eamque Heraclamone quodam pa-
 triam suam prodente cepisset. Heraclamone proditorem vi-
 ctor sapiens occidit. addens. Neque enim mihi fidem seruare pot-
 uisset. qui patria sua non pepercit. vt auctor Flauius Vopiscus
 in Aureliano. Pysidices Metymnea puella filia regis pro-
 didit ciuitatem Achilli. quem in virum ea proditione ha-
 bere futurum erat. cum ille aliter Metymneam expugna-
 re non posset: sed potius ea proditione Achilles exhor-

per. 5
 cum
 qui
 lita
 Euo
 tum
 crito
 ipse
 Dio
 men
 om-
 Sed
 cum
 6
 didi-
 tan-
 am-
 qui-
 au-
 que
 con-
 or 7
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23

- tatus est miles ut puellam, quæ patriam & parentes prodiderat, lapidibus obruerent. & ita factum, *Parthen. in Eroticis. c. 21.*
- 24 ¶ **H**olibus ¶ fauer eoque iurare, consilio, armis, telis, commensu, equis, pecunia, aliave re. proditoris & maiestatis crimen est, *l. 4. ad leg. Jul. maiest. P.* Quinimo sine dolo malo hæc ad hostes commerciorum iure exportare proditoris instar habetur a Marciano Cæsare, *l. 2. quæ res exp. non debeant, li. 4. C. tit. 41.* Sunt enim cum hostibus inhibita commercia, *l. 1. eo. l. 2. de commer. C.*
- 25 ¶ **M**ercator. *lib. 4. C. tit. 63.* ne secreta regi pandantur. ¶ Athenis ¶ damnatus Epicrates Acharniensis, quod ob veterem amicitiam Themistoclis proditoris accusatus, veritus ne quid in vrbe vxor vel liberi eius mali paterentur, curauerat ut clam subducti conferrent sese ad Themistoclem, & coram populo a Cimone reus maiestatis accusatus, *Plut. in Themisto.* Scribit ¶ Diodorus Siculus *lib. 11. Biblioth.* quo tempore cum Xerxe Græcis pugnandum erat & Persis, pro communi libertate & patria tuenda Græcos stauisse, diis decimandos deuocendosque Græcos, qui Xerxis partes tenuissent, si belli victores euassissent: defecerant namque in partes Xerxis Dolopes, Mileti, Magnates Achæi, Pythiothæ, 26 ¶ Locri, Theffali, & plerique Bæotiorum. ¶ Literas ¶ misisse hostibus, & ita signum dedisse, crimen proditoris & maiestatis arguit, *Ulpian. l. 1. ad leg. Jul. maiest.* Ita Ariuanus præfectura prima donatus a legatis provinciæ Gallie accusatus, propter literas ab eo scriptas & interceptas, quæ videbantur ad regem Gothorum emitti, pacem cum Græco Imperatore dissuadentes. Britannoque super Ligerim sitos impugnari debere, demonstrantes cum Burgundionibus iure gentium Gallias diuidi oportere: cum hanc epistolam Iurisconsulti de maiestatis crimine ardentem, ut scribit Sidonius Apollinaris *lib. 1. Epistol. cap. 7.* interpretantur.
- 28 ¶ **S**i quis, ¶ inquit Constantinus, *l. si quis, g. de re milit. li. 12. C. tit. 36.* barbaris scelerata facione facultatem depraedationis in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diuiserit, vniuersi comburantur. ¶ Apud ¶ Amphycionas, Herod. in 7. Strabo. 1. qui conuentus fuit totius Græciæ, Epialtes Lacedæmonius, Diodoro teste, *Diod. Sic. in 11.* Trachinius appellatus, proditoris accusatus, quod Xerxi Persarum regi aduersus Lacedæmonios Thermopylas oppugnanti, tramite incognitum demonstrasset. eiusque dolo malo factum esset, cur totus ille Lacedæmoniorum exercitus cum ipso duce Leonida in insidias deductus, hostibusque proditus 30 diceretur. ¶ Placuit ¶ Paulo Iurisconsulto. *l. Metrodorum, 40. de pæn. P.* Metrodorum quia hostem confugientem sciens suscepisset, & Philocterem quendam, quod occultari eum non ignorans, diu dissimulauerit, in insulam relegari. ¶ Qui ¶ barbaras nationes seu hostes incognitas antea, nauas fabricare docuit, capitali pænæ obnoxius est, *l. v. tit. Cod. de pæn.* ¶ In ¶ insidiis exercitum deducere, proditoris etiam factum est, *l. cuiusve dolo, 4. l. 10. ad leg. Jul. maiest. in P.* & ideo Thimeron dux Lacedæmoniorum, præsidio milis ciuitatibus Ionie aduersus Tisaphernum, cum domum rediisset accusatus a foecis, quod exercitus amicis diripiendos tradidisset, damnatus exultrauit, *Xenoph. lib. 33. rer. Græcar.* ¶ Inarus ¶ Lybiorum rex, qui Græcos in Ægyptum induxit, cum Megabazus Zopiri filius Persa cum exercitu Ægypto Athenienses submouit, in crucem actus est, per proditorem captus, auctore Thucydide in 1. ¶ Inter ¶ proditoris & desertionis crimina addemus & illud, animaduersione capitali & maiestatis dignum, aliis in exercitu pugnantibus spectantem non pugnare, vel imbellem cedere, *l. 3. ad leg. Jul. maiest. in P.* Eoque nomine Latus dux exercitus Severiani Cæsaris capite damnatus est ut proditor, post prælium Lugdunense, teste Herodiano in 3. Item & Metius Suffetius, dux ex Alba cum exercitu a Tullo Rege Romanorum accitus, cum se subtraxisset a pugna, quam committebat Hostilius cum Veientibus, eumque pugnam deseruisset, sensimque ad montem secessisset, eo consilio ut fortunam belli experiretur ac sequeretur: quia rem accipitem gesserat, corpore in duas partes distracto, in diuersam actus quadrigis quibus illigatur, vel ut aliis placet, arborum curuatis stipitibus, & remissis, laceratus & discerpitus fuit. *Linnus lib. 1. Oros. libr. 2. cap. 4. Gell. libr. 20. cap. 1. Valer. Maxim. lib. 7. cap. 4. Plut. l. 4. Paral. Claudian. in Gildonem, Virgil. lib. 8. Æneid. Dionys. Halicarnass. l. in lib. de vir. illust. cap. 4.* Refert & Gregorius Turonensis *lib. 2. histor. Franco. cap. 41.* Clodouem regem indignatum contra Chararicum, quod is, quando cum Siagro pugnaret, vocatus in auxilium, eminus sterisset neutram adiuuans partem, & exitum expectaret, ut cum eo amicitiam iniret, qui vinceret: tandemque pænâ capitis cum filio affecisse. ¶ Est ¶ &

lex Arriani Iurisconsulti, *l. omne delictum, 6. §. qui in facie de re milit. lib. 49. P. tit. 16.* Qui in facie prior fugam fecit spectantibus militibus, propter exemplum capite puniendus est. ¶ Pari modo & obidionem sine causa soluere, proditori est datum: ita accusatus Miltiades proditoris, quod Parum in sulam expugnare non potuisset, cum obidionem eius soluisset: & quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater Stefagoras, causaque cognita capitis absolutus, pecunia multatus est, eaque quinquaginta talentis lis æstimata est, *AEmi. Prob. in vita Miltiades.* Non enim eius absentia impediuit iudicium, cum & absentes proditoris crimine accusati & damnari possint: ut aliquando Thales a legatis Lacedæmoniorum Athenas missis accusatus, absensque proditoris crimine damnatus est, *idem in d. Miltiades.* Proinde & multo magis innocentes calumniis impetiti absentes absolui poterunt. Accedit ratio cur soluens obidionem temere incidat in hoc crimen. ¶ Quod ¶ & qui in bellis esserit, aut castra concesserit, in proditoris venia suspicione & maiestatis reus sit, *Marti. in l. 3. ad leg. Jul. mai. in P.* cum prohiberetur militi sit, in consulo principe relinquere locum sibi commissum, & in alium se conferre aut stationem mutare, *contra publicam. l. 4. de re milit. lib. 12. C. tit. 36.* Nec viri Iabes Galaad ausi fuerunt deditionem sui facere Naasso Amonitæ, qui eos obsidebat, priusquam mississet ad Saulem regem num vellet illos defendere, *1. Reg. c. 11. & Joseph. lib. 6. Antiquit. c. 6.* Carthaginenses præfectum præsidii Mamertinorum, quod formidine simulac ignauia arcem amisisset, cruci affixerunt, *Polyb. lib. 1. hist.*

De Seditiois crimine. Cap. 6.

- 1 Seditiois & tumultus concitatio, habet crimen maiestatis.
- 2 Seditio quid.
- 3 in Seditiois crimine qua consideranda.
- 4 Seditiois causas tres præcipue.
- 5 Seditiois militaris & armata acrius punienda. Et 6.
- 7 Seditiois a tribunitis legibus. Et 8.
- 9 Seditio nascitur, dum offenduntur rebus gestis seditiosi.
- 10 Que causa seditiois Roma. Et qua seditiois ibi conuenerit, & aubi. nu. seq.
- 15 Ostracismus Atheniensium, & Petalismus Syracusiorum, cur inuentus.
- 16 Seditiois puniuntur admittit considerationem, num solum consilium, vel effectus sequatur: & pænâ deo diuersa.
- 17 Seditiosi statim puniendi.
- 18 Seditiosi iure pontificio quomodo puniantur.
- 19 Seditiosorum persona quomodo in iudicanda pænâ perpendenda.
- 20 Multitudine peccati quomodo pænâ imponenda.
- 21 Seditioem que reddant acerbiorem & per as eiu maiores.
- 22 Homicidium in turba vel seditioe commisi: a quo sumenda est pænâ.
- 23 Seditiois tristissimi fines.
- 24 Seditiois in principio occurrendum.
- 25 Seditiois vel discordiarum tempore num alterutri parti sit adherendum. Et de eare Solonis lex agitata.

AD ¶ maiestatis crimen quoque pertinere Ulpianus tradit, *l. 1. ad leg. Jul. mai.* tumultus & seditioes in populo siue directe per se, vel per obliquum concitare. ¶ Seditio ¶ a dissensione ciuium, vel multitudinis dicitur: cum concordia, & consensu alicuius multitudinis in varia seindia, & potissimum quando tumultuante & dissidente turba, veniunt ad manus.

Ac veluti, Virg. li. 1. Æneid. magno in populo, quum saepe coortus est Seditio, sentiq. animis ignobile vulgus,

Tamq. fides, & saxa volans, furor arma ministrat.

¶ In ¶ hoc crimine, non secus ac in aliis, considerabimus & res, & personas, & modum seu actionem. In rebus, & causam seditiois, & ipsam seditioem considerabo: in personis, ætatem, sexum, an vnus vel plures auctores seditiois, & concitantium qualitates. In actione, quomodo mota & num cum homicidio, num cum armis, an alio modo. ¶ Causæ ¶ seditiois motæ aduersus patriam, vel principem, tres potissimum sunt, *Polyb. lib. 11.* quando videlicet vel principes suos culpant, vel aliqui offenduntur rebus quæ aguntur, vel quando spem rerum maiorum ac potiorum animo concipiunt. Et priore modo seditioes ut plerumque mouentur in eos qui præsentem, & inter subditos: quorum motus, seditioes, & factiones, & discordiæ dici possunt. Plures seditiois species & causas adfert quoque Aristoteles, *lib. 5. Politic. c. 1. 2. 3. 4.* quas ibi videto. ¶ Periculosior ¶ seditio quæ contra duces in bello nascitur, quare & huic grauior inflicta pænâ, *no*

na, ne armorum licentia & occasio audiendi temeritate auge-
ret. Quamobrem Opilius Macrinus, *Inl. Capi. in Opilio Macrini*
via, cum seditiones paterentur militares, milites decimauit.
Sorte quoque ad mortem Iulius Cæsar delegit aulos quosque,
ita enim eos composuerat, ut illi forte noarentur, ut ait Dio
Callius *li. 4. hif. Qui seditionem militum atrocem concitauit, capi-*
te puniuntur, inquit Modestinus *l. 3. §. qui seditionem, de re milit. lib.*
49. P. tit. 16. quod si intra uociferationem aut leuem querelam seditio
mota est, tunc gradum militie reuocatur. Et Paulus, *Miles turbator pa-*
cis, capite puniuntur, *Paul. l. 1. §. eo*. Et Arianus, *l. omne delictum, §. 1. Et*
l. miles agrum, §. 3. Irreuerens, eo. Qui manus intulit preposito suo,
capite puniendus est. Augetur autem crimen petulantia, præpo-
siti dignitate: imo & miles irreuerens non tantum a tribuno vel
centurione, sed etiam a principe coercendus est. Notatus a vete-
ribus, qui centurioni corrigere uolenti resistit, si uitem tenuis-
set, & militiam mutare placuit, *d. Miles agrum, §. irreuerens, eod.*
6 ¶ Atrox illa seditio, qua exercitus Posthumium Imperatorem
insancientem quas promiserat prædas lapidauit, *Flor. lib. 1. Epito. c.*
1. Lanius, lib. 4. Sicut & Camillus, quod inter plebem & exerci-
tum ditauisse uidentem prædam uideretur. ¶ Graues tamen & seditio-
nes, quas tribunitia potestas excitauit, quæ specie quidem ple-
bis tuendæ, in cuius auxilium comparata erat, re autem domi-
nationem sibi acquirens, studium populi ac fauorem agrariis,
frumentariis, iudicariisq; legibus occupabantur, *Flor. lib. 3. epi-*
ta. c. 16. ex quibus inter plebem & optimates dissidia, ut constat
ex acerbillimis Gracchanis, *de sed. Gracch. Tyber. Gracchi, Flor.*
§. 8. abbreviat. Appia. in libelli civil. Plin. c. 64. de uir. illust. Plin. in
Gracchorum, §. alii. De secunda Lini. li. 60. §. 61. Appia in 1.
belli civil. Oros. lib. 5. c. 12. Plutarch. in Gracchi, seditionibus, & Apu-
liana, de hac Flor. lib. 69. abbreviat. Appi. d. l. 1. Oros. l. 9. c. 17. Et
alii classici, & Deustiana, de Drusiana, Flor. li. 70. abbreviat. Oros. §. c.
8. Plin. lib. de uir. illust. c. 66. §. alii. ¶ Alexandria tamen seditio orta, &
occlusus tribunus militum: idcirco Theodosius Imperator sepe-
nitentia militum interemit, ut scribitur D. Ambrosius lib. 5.
epi. epist. 28. Rufinus lib. 2. cap. 18. & Eutropius lib. 12. ¶ Aliquando
seditiones tunc oriuntur, quando rebus quæ aguntur seditionis of-
fenduntur: ut quando populus Equitum, Valer. Maxim. lib. 9.
cap. 7. qui se Gracchi filium simulabatur Mario quintum consu-
latum gerente in custodia ductum, populus claustris carceris
conuulsis, raptum humeris suis per summam alacritatem porta-
uit. Et quando Q. Metellum Censorem, quod ab eo tanquam
Gracchi filio censum accipere noller, lapidibus prosternere co-
mnatus est. ¶ Alia tamen seditio de tempor. Lini. in 2. Dionys. Halicarnass.
6. Eutrop. in 1. c. 11. Oros. in 2. cap. 6. Onid. 3. Falgor. l. 2. §. deinde cum
esset, & sinitium de orig. iur. l. ini. de uir. illust. cap. 18. acrior, quo
tempore ob faeneratorum & fenatorum superbiam, plebs relic-
ta urbe Roma secessit in montem sacrum armata, nec prius reuo-
cata ad pacem, quam ex suis plebeum magistratum, nempe
11 **11** *Tribunum, a fenatu impetrasset. ¶ Aliam tamen decemuiralis libido*
conuulsit, Dio. Halic. in 10. Lini. in 3. Aliam matrimoniorum ple-
beiorum & patriciorum commixtio, Ianiculo duce Canuleio
Tribuno plebis, Lini. in 4. Flo. in 1. epito. c. 25. D. Angu. 3. de ciuit.
12 **12** *Dei, c. 17. ¶ Seditio tamen & Romæ alia, contra Publicanos & milite-*
tes, quos si secum in exigenda pecunia habebant, anno ab urbe
ditæ 716. Claudio & C. Norbano Coss. Dio Cass. li. 48. hif. ¶ Et
13 **13** *administrante tamen Orphito præfecto urbis Romæ sub Constantio*
Cæsare seditiones graues concitatae sunt ob inopiam uini, Hu-
mi auisus uisibus uulgus intentum, ad motus asperos excitatur & cre-
14 **14** *bros, ut ait Ammianus Mar. lib. 14. ¶ Interdum tamen qui grauiora,*
quam ostentarent, moliebantur, cum non possent facile con-
sentiente in unum populo, ambitioni uel cupiditati satisfacere, ex
professo factiones & seditiones frequenter concitauerunt: ut
quando plebs arsit honorum cupidine, & obtinuit, ut ex suis etiam
magistratus crearentur, Lanius, in fine 6. Pl. de uir. illust. c. 20.
Piscatores anguillarum isti imitantur, ut ex Aristophane in E-
quitib. & Athenæo apparet, lib. 7. Dipnosoph. cap. 17. qui non nisi
in turbido statu uincere uel ditari possunt. Passus est, inquit Ari-
stophanes præ d. loco, id quod etiam qui anguillas uentantur. Nam si
stagnum constituerit, nihil capiunt: At si uentum sursum deorsumque
uentatur, tunc capiunt. Sic & in lucraris, ubi ciuitatem perturbas.
Sunt plures latrones & sceleratissimi, qui tempore pacis cum pœ-
nas malef. iis suis debitas imponi metuunt, perturbant statum
reipub. & principum animos committant, ut ipsi arrepta occasio-
ne uel amplius grassentur, uel impuniti uiuant. Sunt iis addendæ
factiones optimatum imperare conantium, quæ sciunt po-

puli consensum, peregrinorum inquilinorum, & indigenarum,
atque infemiant ciuitatibus odia, quæ, & caulas prosequuntur
Aristoteles *lib. 5. Polit. c. 3.* Sic Cinadon, detectus infidias inlruere
contra Agefilium & rempub. Lacedæmoniorum, compre-
henfus *Xenoph. lib. 3. rer. Græcar.* interrogatus cur tantum facinus
molitus erat: nihil aliud respondit, quam uoluisse se nulli Lacedæ-
mononi concedere, uel opibus uel potentia. Fuit nihilominus,
& focii eius manibus post terga reuinctis per ciuitatem undique
traducti, atque flagris caeli, interfecti. ¶ Quamobrem tamen potenti-
am dimitum uerit Athenienses, ne eo perueniret, Oitracisino
potentes, & ad usurpandam Tyrannidem idoneos, exilio afficie-
bant: Syracusii petalino, *Diodor. Sicul. lib. 11.* Concitarunt se-
ditionem in populo Dei Chore, Daran, & Abiron putantes se
dignos imperio, & substrahentes populum a Mosis gubernatione:
uerum grauissima pœna a Deo tantæ temeritatis sumta, *Na-*
mero. cap. 16. In ipsa seditione considerandum, num consilium
tantum captum sit, uel effectus secutus. ¶ Qui tamen tentauit nam-
que seditionem commouere, seuerissima quidem plectitur
multa, sed non morte iure Romano *l. de seditio. Cod. spe. et. ac. u-*
l. i. §. si quis, de iur. iudic. l. 1. §. si quis, de iur. iudic. l. 1. §. si quis,
lib. 48. Titul. 19. Romæ Demetrius Cynicus Stoica disciplina
magister, alique multi cum occasione philosophiæ multa pub-
lice differrent circa statum popularem uel unius imperium,
unde diuersæ passim oriebantur sententiæ, quis melior esset: is
Demetrius cum Hostilio in insulam relegatus est a Vespasiano,
ceteri omnes philosophi urbe abiit. Et cum postea alius
Diogenes Cynicus clam urbem ingressus de eare & summa im-
perii publice uerba fecisset arrogantius, eodem iubente uirgis
causæ est. Et quando Chærem Cynicum necista pœna deterru-
isset, ei capitale fuit, teste Dione Cassio *in Vespasian.* Citaciones
quoque Athenis fiebant, auctore Iulio Polluce *lib. 1. Onomasti.*
contra rhetores populum commouentes, ut non optima po-
pulo consulentes. Considera & lege 12. tab. cautum esse, ne quis
in urbe cæcus nocturnus agitare. Deinde & lege Gabinia pro-
mulgatur: Qui coitiones uillas clandestinas in urbe commouisset,
more maiorum, capitali iudicio multaretur, *in orat. Porcii La-*
uro. in Cætilin. ¶ Quod tamen si ad effectum seditio perueniat, vlti-
mum seditionem mouenti decretum est supplicium, *l. denuntia-*
mus, §. final. de iis qui ad ecc. confug. lib. 1. Cod. titul. 15. l. final. Cod.
de seditio. statim, etiam appellatione interposita. Hos enim da-
mnatos statim puniri publice interest, inquit Modestinus, l. con-
stitutionis, §. 6. de app. l. in P. dummodo conuicti crimine sint aut
confessi, & de crimine confiteri. Tunc & proscribenda domus,
ubi conuenticula facta sunt, l. conuenticulam, de episc. & cler. Cod.
M. Flacci & L. Saturnini seditionis hominum corporibus
trucidatis, penates ab ipsis fundamentis eruti sunt, Val. Max. lib.
6. c. 3. Appia. in 1. Bello. civil. Plin. de uir. illust. lib. 9. c. 17. ¶ Ex communi-
18 **18** *cantur tamen iure pontificio, qui ad pacem nolunt redire monti, cap.*
placuit, c. §. fin. 90. dist. Neque eodem iure seditionis possunt sacris
initari ordinibus, c. seditionarios, 46. dist. & iam initiari, quo ue-
bantur honore priuantur, c. conspirationum, 11. q. 1. Sic Constantinus
Porphyrogeneta Imperator Orientis, a mundi creatione
anno 6534. infidias machinantes, tumultus concitantes, uel de-
fectiones meditanes anathematizat, lib. 1. Iur. Orient. in consti-
tut. Porphyro. ¶ In tamen personis autem considerandis, perpendemus
19 **19** *aratem primum delinquentium & conditionem pro infligendis*
pœnis: nam nota seueri in iuuenes ac viros animaduertitur.
Et serui tumultuantes dominis redduntur. Et aliter puniendus qui
semel in tumultu aliter, qui sepius operatur, d. l. capitalium, §. so-
lent. de pan. Et Modestinus, l. famosi, 7. ad l. lul. mar. l. Et hoc crimen a
iudicibus, non in occasione ob principis maiestatis ueneratione habe-
ndum est, sed in uirtute rei iudicata: nam & persona spectanda est, an
potuerit facere, & ante quid fecerit, & an cogitauerit, an fama mentis
fuerit, nec lubricam linguam ad pœnam facile trahendam est. Itaq; auctores
seditionis & tumultus, populo commouente pro qualitate dignitatis
aut in sacra tolluntur, aut bestis subiciuntur, aut in insulam de-
portantur, Paul. l. si quis aliquid 38. §. auctores. de pan. in P. ¶ Quod
20 **20** *autem populi multitudo seditioni inuoluitur, iudex caute in ea*
sentire debet, potissimum si seditio non sit contra principem, uel
eius vicarios, sed ob alia: & ad uitandam populi stragem, non de
omnibus, sed de aliquibus sumere supplicium debet, de auctori-
bus potissimum, & quorum consilio plebs ad arma cucurrit, ceteris
leui quadam pœna uel castigatione pecuniaria, uel corpora dicta,

c. laiores, de cleric. excom. ministr. c. ut constitueretur, 50. dist. c. commensationes, 44. dist. Quemadmodum in aliis sit criminibus, in quibus plures peccant, proxime cita. iurib. & in l. si familia si famil. fur. feci. dca. in P. Et Cicero pro Cluentio: *una debita, inquit, multis simul peccantibus, ab aliquibus tamen tantum luitur. Et ita veteres Romani statuerunt, ut si a multis esset res militaris flagitium admittens, sortitione quadam in aliquos tantum animaduertitur: ut metus ad omnes, ad paucos perveniret poena. Ut pana in ista fulminis sit: fulmina quippe paucorum periculo cadunt, omnium metu. Est, inquit, Dio Cass. l. 5. hist. Rom. magni animi eximiaque natura, vulgi peccata ferre, quae si quis omnia pumenda cogitet, imprudens plerisque hominum occidit. Refert Ammianus Marcellinus lib. 15. hist. Leontinum praefectum urbi Romae, cum Philoronium aurigam iusta de causa rapi atque duci praecipisset, & plebs eum secuta lacesseret, velutque reum nocentem vi eximere conaretur, maiestatis auctoritatque suae conferuanda causa, missis apparitoribus obvios quosque, & inter alios Petrum Valuomercem olim etiam in exercitu seditiosum militem corripuisse, & ita diffusum vulgus euanuisse. § A Gto, ¶ circumstantiae nempe aliae considerantur quoque; nam alia crimina cum hoc acerbius crimen reddunt, ut si homicidium factum sit in seditione: accedit enim crimen legis Corneliae de sicariis & eius poena. l. 3. § item qui auctor, ad l. Corn. de sicar. P. De quibus Deo iuvante suo loco. Sic D. Marcus c. 15. Barrabam, quem alii sacri euangelistae dixerunt, D. Ioan. 18. Matth. 27. insignem latronem, describit, quod cum aliis seditiosis fuisset, & in seditione homicidium fecisset. Atque & tunc, quando homicida cognoscitur, is poenas quoque; praecipue exsoluere debet: si tamen homicidia sint in seditione commissa incerto auctore, morti non sunt omnes seditiosi addicendi, ut diximus, verum omnibus quandam poenam aliam indici posse opinor. § Exemplo ¶ iudicii Areopagitarum: postquam enim Athenienses victi pugna ab Aeginete fuerunt, & ad unum vsque interfecti. isque cum rediisset Athenas, a mulieribus, quae de maritis suis eum percunctabantur. invidentibus eum solum fuisse superstitem, acubus fibulisque; vestium suarum confixus & interemptus esset, & homicida non cognoscerentur: constitutum est senatus consulto in mulieres, ut eo vestimenti genere in posterum vterentur, cui non essent fibulae vel acus, auctore Herodoto in 5.*

23 § Seditionum ¶ seuera poena imposita est maxime, ut obviam eatur tristissimo fini: nam regnum in se diuisum vel ciuitas, defolabitur, & domus supra domum cadet. Matthaei 12. Graeci, qui victoria clari aduersum hostes Troianos vnanimes euaserunt, mutuis odiis & seditionibus tum ob mulieres, tum ob praedam pene excisi sunt. Dithys Creten. lib. 5. & 6. belli Troia. Accidit id ipsum Romanis, qui postquam nihil quod domarent superesset, in se ipsos arma conuerterunt, ut pene seditionibus exciderint. Tyrreni, facta ingenti praeda, domum ex Romanorum provincia reuersi incolomes, orta pro diuisione praedae seditione, non solum praedae, verum etiam imperii magnam partem perdidit, ut ait Polybius lib. 2. histo. Additque statim, id ipsum sepe accidere Gallis consueuisse, ob immoderatas illorum crapulas & ebrietates. § Ideo ¶ obseruabunt ii, quibus reip. salus committitur, ut celeriter, vbi incipiunt motus populi fieri, comprimant: in incendium euadat in bellum civile, & in factiones quae implacabiles redduntur. Et siue iniusta siue iusta causa tumultus sit, ocyus auctores comprehendant & castigent. Neque par. endum est eis, qui particulari moti commodo pacem publicam interpellant: nec in impune ferre debent, qui se seditioni immiscuerint & discordiae. In ciuilibus quippe discordiis haud dubie ab vtraque parte respublica detrimentum capit, ut ait Dio Cass. lib. 41. histo. Et Cicero lib. 4. familiar. episto. Marcello. *Omnia sunt misera in bellis ciuilibus: sed miserius nihil quam ipsa victoria, quae etiam si ad meliores venit, tamen eos si suos ferocios impotentioresque reddit, ut etiam si natura tales non sint, tamen necessitate esse cogantur. Multa enim victori eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito facienda sunt. Melius ipse idem Cicero in oratione, quam habuit ad Senatum post mortem Caesaris apud Dionem Cass. lib. 44. sic inquit. Neque equitate humanitate ve vindictam, sed cupiditate in morumque licentia metuntur: necessario calamitates quasi orbe quodam semper reuoluuntur, continentique successe mala malis redduntur: res secunda excitant, depresso ad vindictam tendunt. Ex paruis rebus ad magna & subuersiones regnorum & rerum semper ferre via patuit. Arist. lib. 4. Polit. c. 3. & 4. Vnde illis facile principio obuiam iri potest, postea nequaquam. Et cur, inquit Iulianus Iurificon. ad ar-*

ma & rixam procedere patitur prior: quos potest sua iurisdictione componere? *Laquisimus, 17. de vicijs. l. 7. Pat. 1. Ante seditionem prouidentia magnitudo requiritur: in concitata, auctoritas & vindicta: in sopita discordiarum obliuio, cuius lex lata fuit, post expulsi ab Athenis per Thrasibulum Tyrannos, Iustinus, ex Troio lib. 5. § Non ¶ probo legem Solonis, quam ex Aristotele ¶ in haec verba conceptam tradit Aul. Gellius lib. 2. c. 12. Si ob discordiam disensionemque seducto atque dissenso populi in duas partes fieret, & ob eam causam irritatis animis utrinque arma caperentur, pugneturque: tum qui in eo tempore, in eoque casu ciuis discordia non alterutrum a parte se communerit, sed salutaris separatusque a communi malo ciuitatis secesserit, is domo, patria, forumque omnium, caret, exsul, extorrisque esto. Probare potius sententiam Pompeii Attici amplissimi viri, qui cum semper optimarum esset partium, tamen ciuilibus fluctibus non se commisit, quod non magis existimaret eos in sua potestate esse, qui se his dedissent, quam qui maritibus iactarentur, ut ait Cornelius Nepos, in vita Pomp. Attici. Scribit etiam Cic. Attico lib. 9. Nihil vire bono, & quieto ciu. magis conuenire, quam abesse a ciuilibus conuentionibus. Sic enim discordiae crescent additis propugnatoribus, nec quicumque qui posset componere, inueniretur. Sic quo tempore duce Pelopida, exsules Thebas conuenerunt, & praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas quandiu est seditione facta ciuium, domi se retinuit: quod neque malis defendere volebat neque impugnare. Ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem ciuilem victoriam funestam putabat, ut scribit Amylius Probus in Epamin. & Pelopi. Nec tamen ignorantem Gellii, lib. 2. cap. 12. qua legem Solonis nitiur defendere, ut equam: Quasi si boni, inquit, homines, qui in principio coecondae seditionis impares fuerunt, populumque percitum & amicum non deterruerunt, ad alterutrum partem diuisi se adiunxerunt, tum eueniet, ut cum socii partis seorsum utrinque fuerint, eoque partes ab utroque, ut maioris auctoritatis vtrius, temperari ac regi caperent, concordia per eos positissimum rebus conciliarique possit, dum & suos, apud quos sunt, regunt atque misericant, & aduersarij seruios magis capiunt, quam perditos. Ceterum haec ratio non sibi constat, nec quicumque efficit. Qui enim non potuit coecere, cur se audorem & sectatorem mali, quod corrigere voluit, reddet, & repente cum multitudine ex bono in probus fiet? Dehinc, quomodo fident aduersarij ei, quem diuersas & aduersarias fouere partes vident? Et proinde in perturbationis & impis seditionibus ne tutum, nec sapientis esse arbitror, sese immiscere. De discordia & seditione populi inter se loquitur & de priuatis magistratibus namque omni studio ad eam sopendam conuocatis auxiliis & praesidiis vacat & eam. Et his, qui auctoritatem habent obtemperandum arbitror: quibus ius gladii est, non se ditionis. Et ideo si factio vel rebellio aduersus principem legitimum inforgat, tunc quidem solitarij esse improbo. & non tueri partes principis. Et proditorem dico, non seclari vel ope vel consilio, vel auxilio: Non enim licet in regno principis cuiusque in quo quis erit, se subditum diti, vel coniuere, vel dissimulare: alioquin non contenti cum principe, ab eius ditione ab eundem erit, & sua, id est, regnum, & propria illi relinquenda, principis enim sunt, l. bene a Zenone, de quad. praescrip. Quis non fauet expresse principi suo, rebellis proditorque manifestus est, vtpote metu ut opinatur maioris potestatis, diuioni sui principis se subtrahens, & interim ita claudicans expectans exitum belli, ut fortiori se coniungat, ut ille Metius Sufferius proditor, qui hacate vsus meritis proditoris, ut diximus, dedit poenas. Et hoc potissimum in fideiussariis & clientibus regni qui feuda nobilia eam ob causam tenentes, iurantur principi consilium, ope, fidem, & defensionem aduersus hostem quemlibet. § 1. de forma fidei. & §. 1. de noua for. fidei. lib. 2. Feudo. tit. 6. & 7. cap. de forma, 22. q. 3. Sic Deus in fide tales exigit subditos, qui cum aperte & palam consistantur: alioquin illos coram Deo patre negaturus, Matthaei, 10. Lucae, 12. heretic. Et dubius in fide, infidelis est, cap. 1. de here. Quare exprobrat populo Elias, 3. Regum 18. Quomisque, inquit, claudicatis in duas partes? Si dominus est Deus, sequimini illum: Si Baal est Deus, sequimini illum. Nemo enim duobus dominis seruire potest. Matthaei, 3. Nec tam odit Deus impios ex professo qui possunt respicere, quantum hos qui nec bonis nec malis adherent, sed dubij sunt. Urinam, inquit, si frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, euomam te, Apocalyp. c. 3. Nam, simulatos & callidos prouocant, iram Dei, Job, 36. Et ad hos recte certe lex Solonis referenda est. Si possides amicum, in tempore temptationis possidat.*

posside cura. Ecclesiastic. c. 6. Et. Quin non est mecum. contra me est, ait Dominus, Matth. 12. Plura hac de re nobis supererunt in Gallia miserima exempla, dum de religione certatur, & quidam tertium genus constituunt. Vtinam dignetur Deus Opt. Maximusq; gregem ad unitatem laceratam nunc reducere.

De aliis lætæ Maiestatis criminibus.

CAP. 7.

- 1 Maiestatis crimina scilicet. & seq.
- 2 Statu principis qua in veneratione fuerunt, & de crimine maiestatis in eas, eod. & 5.
- 4 Judicare contra constitutiones regias, non est maiestatis crimen.
- 6 Maiestatis reum vinculis eximens, & ipse tenetur eodem crimine.
- 7 Muros transcendere civitatis, maiestatis, & capitale scelus & pœna.
- 8 Monetam falsam cudere, maiestatis crimen.
- 9 Principis de domo Chaldaeos vel dissuinos consulere maiestatis crimen.
- 10 Hospitalitates inter crimina maiestatis.

1 Capitalia facta Tyberii ¶ tempore, circa Augusti simulacrum seruum vè didisse, vestem mutasse, numo vel annulo effigiem impressam latinæ vel lupanari intulisse, vt ait Suetonius, in Tyber. c. 8. Et Seneca, lib. 3. de benefice. hoc imperante tradit prætorium quendam virum in annulo Cæsaris imaginem scriptam habentem, cum marella n sumisset, maiestatis accusatum: quod imaginem obscurois admouisset.

2 ¶ Quidam ¶ ob calidam aquam venditam, impietatis, id est, maiestatis reus factus est, & a Caio Caligula trucidatus: qui & alios reos fecit, quod iuuenem Imperatorem dixissent. Ita qui antea lætæ maiestatis actiones sustulerat & legem, postea reuocauit: & rursus crudelius crimina maiestatis tabulis æreis incidit iussit. Dio, Cass. lib. 19. Vni ex fratribus equitibus quibus cognomētum Petra, nocturnæ quietis obiecta tanquam vidisset, Claudium spicæ corona eunctum spicis retro conuersis, eaque imagine grauitatem annonæ dixisset: Quidam Pampineam coronam alben- tibus foliis visam, atque ita interpretatum tradidere, vergente autumno mortem principis ostendi. Illudque haud ambigitur qualicumque in somnio ipsi fratrique perniciem allatam: vt iisdem verbis refertur in fragmentis lib. 11. annalium Corneli Taciti.

3 citi. ¶ Multi ¶ quoque tempore Galli Cæsaris, vt est apud Ammianum Marcellinum, lib. 14. per suspitionum nebulas existimati noxi, damnabantur.

4 ¶ Quidam ¶ rati sunt, contra legem principis iudicare, esse lætæ maiestatis crimen: quod tamen relict Alexander Cæsar, l. 1. C. ad leg. Jul. maiest. Sicuri nec ex perituro, maiestatis crimen esse placuit, l. 2. eod. l. 2. de rebus credit. C. nec pœnam: et si pro dictis criminibus aliæ pœnæ constituantur. vt in l. si duo patroni, §. fin. de iureiur. in P.

5 ¶ Qui ¶ statuas aut imagines Imperatoris iam consecratas cõ- stauerint, aliudve quid simile admiserint, legis Iulie maiestatis tenentur, ex responso Venuleii. l. qui statuas, §. ad leg. Jul. maiest. P. qui tamen vetustate cõfectas reficit, non tenetur secundum Martianum. Et L. Ennius eques, Romæ maiestatis postulatus, quod effigiem principis promiscuum ad vsum vertisset: quem tamen inter reos recipi, Atreio Capitone Iurifcon. contra ceasente, Tyberius vetuit, vt auctor Cornelius Tacitus lib. 3. Noluerunt Severus & Antoninus teneri maiestatis crimine eos, qui lapide iactato incerto, fortuito statuum principis tetigerint, d. l. non contrabit, alioquin Modestinus refert, l. famosi, 7. ad leg. Jul. maiest. P. crimen maiestatis facti, vel violatis statuis, vel imaginibus maxime, exerceri in milites. Et scribit Elius Spartianus, in Anton. Carac. damnatos a Bassiano, alias ab Antonio Caracalla, qui vrbem in eo loco fecerant, in quo statuae aut imagines erant principis. Et sub Domitiano mulier, quod exuta fuisset ante statuam, interfecta est, teste Xiphilino, ex Dione, in Domitiano. Cum a Totila Roma secundo capta fuisset, Rusticana siue Iustioiana mulier nobilis in iudicium arrepta, quæ Theodoric regis statuas frangi delerique fecisset in patris Symmachi & Beati contugis vltionem, qui Theodoric iussa fuerant interfecti. Ceterum mulier pietas & amor in defunctos plus valuit apud Clementem Totilam, quam regla maiestas, vt ait Ioannes Magnus Gothus, lib. 13. histo. Goth. c. 22. Cautum & Senatorem fulto, Scanol. in l. Sena-

ius consulto, 38. de iniur. lib. 47. P. tit. 10. Calistr. in l. capitulum, 28. §. ad statuas, de pie. P. ne quis imaginem Imperatoris in iniuriam vel inuidiam alterius portet. Diodorus Siculus, lib. 13. Biblio. imaginum contemptum & effensam ad inuidiam trahit eorum, quorum sunt imagines: atque ita sensisse populum Atheniensium tradit, agens de bello contra Siculos decreto. Iam classe prociucta, inquit, statuae, quæ per urbem dispositæ erant, innumera multitudo, nocte vna omnes detruccatis capitibus reperi sunt. Quod tantum facinus populus haudquaquam casu aliquo euentuue contigisse arbitrat. sed ab his potius paratis, qui gloria aliqua elati ad soluendum statuum popularem inuigilarent, odio iraque sauire atque infrendere cepit. eius quoque flagitii auctores inuestigare in fense atque obnixæ, magnis indicis præmissis popoliis & c. Idipsum & refert Thucydides in 6.

¶ Incidit ¶ in hoc crimen maiestatis quoque, qui confessum reum in iudicio, de crimine nempe maiestatis, in vincula coniectum emiserit, l. 4. §. pen. ad leg. Jul. maiest. videtur namque socius sceleris, & qui maui impunitum euadere reum, quam reipubl. pœnas exsolui. Et in aliis quoque criminibus addictos supplicio eripere, capitale habetur, & vltimo supplicio dignum. Arcad. & Hono. CC. l. addictos, 7. de episc. aud. C. l. addictos, de appellat.

¶ Potest ¶ huc referri pariter, violasse muros ciuitatis, si qui eos transcendant fcalisad motis, vel si aliunde ciuitatem, quam per portam ingrediuntur: quod & hostile & abominandum ducitur, capiteque punitur. l. fin. de rer. diuis. P. Et Remus frater Romuli, occisus traditur, quod muros transcendere voluerit vrbis, seu aggeres vel fossas eius. d. l. fin. Plutar. in Romu. Ouid. 4. Fasto. Luca. in 1. Horat. 7. epod. Flor. lib. 1. epito. c. 1.

¶ Et ¶ crimen lætæ maiestatis etiam, falsam cudere monetam, l. 2. de fals. monet. lib. 9. C. tit. 24. de quo postea Deo fauente. ¶ Lepida, ¶ ex Æmiliorum familia, præter adulteria & venena & alia crimina etiam accusata est, quod ab ea per Chaldaeos in domum Tyberii Cæsaris questu esset. Tacit. lib. 3. annal. ¶ Quo ¶ tempore Sylla dominabatur. plurimæ Italarum cades, exilia, & bonorum publicationes parabantur in eos, qui aut Carbonis, aut Norbani, aut Marii, aut tuorum mandatis paruissent. Et in delictorum numero hospitalitates, amicitia, & collationes, aut dantis, aut recipientis ponebantur, vt scribit Appianus, lib. 1. bello. civil.

De maledicis Principis.

CAP. 8.

Lib. 9. C. tit. 7.
Lib. 5. Decret. tit. 26.

- 1 Principi maledicens an puniendus, & quando, per totum c. Maledicere principi inter maiestatis crimina.
- 2 Principibus non maledicendum. Ex pœna diuina in eos.
- 3 Iniuriarum remittendarum Principum clementium exempla. & 4.
- 5 Regnum nobilis est seruitus.

Maledixisse principi, ¶ interdum maiestatis crimen habitum est. interdum condonatum, vt ex responso Modestini constat, l. famosi. 7. ad leg. Jul. maiest. in P. cuius verba: Persona, scilicet in hoc crimine spectanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit, & an cogitauerit, & an sane mentis fuerit: nec lubricum lingua facile ad penam trahendum est. Quamquam enim remerari pœna digni sint: vt insanis tamen, siis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendat, vel ad exemplum iudicandum est. Theodosius autem, Archadius & Honorius, l. vni. si quis Imper. male. lib. 9. C. tit. 7. omnino nullum maledictum in Cæsares esse voluerunt: Quoniam, inquit, si illud ex lenitate processit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum, si ab iniuria, remittendum. Quæ omnia intelligenda, si lex vel exempli necessitas puniri scelus non statuat. Titus Cæsar istius indulgentiæ, & remissionis maledicti causam luculenter apud Xiphilinum ex Dione exprimit. in Tyro. Refert enim eum de crimine impietatis vel iniuriarum in se, nullum occidit iussisse, nec alios cognoscere permisisse: Nemo enim, inquit, me iniuria afficere, aut iniqui contumelia potest: propterea quod nihil ago, quod reprehendi mereatur: ea vero, qua falso de me dicuntur, prorsus negligo. Imperator quoque Alexander eum, qui calore quodam per principis venerationem peierauerit, pati pœnam corporalem vel maiestatis imminutæ non vult, l. 3. de rebus credit. C. Neglexit & initio Tyberius Cæsar iniurias sibi illatas: cum tamen in Imperatores commisit esse impietatis crimina, teste Dione Cass. lib. 57. Haecque

melius Christianis conueniunt principibus, quibus omnes iniurias priuatas remittere, & aliis, qui nomen Christianæ militiæ dederunt, iubetur: vt alibi iam docuimus abunde. in nostro lib. 40. *Syntax. c. 2. 2. Summus Pontifex, c. 1. de maledi. lib. 5. Decret. tit. 26. eos qui de eo maledixerint iubet puniri, quādo in depreffionem officii & beneficii, scilicet dignitatis Pontificalis, ea vergit iniuria: idque ad exemplum, vt pœna maledici aliis terrorem incutiat. Ne de cetero, inquit Clemens tertius, contra Romanam ecclesiam in Italia verba prorumpant. Christianum quidem est remittere proprias iniurias, c. inter querelas, 23. q. 4. & vltionem Deo relinquere, humanumque calore iracundiæ prolata non reuocare ad animum, vel conuicere, si inde scandalum seu offendiculum al. is nõ sit. At si inde detur occasio delinquendi, recte faciet princeps, quisui vt priuati contemnit iniurias, in lucem pœnam iniuriantium bono reipub. proferat. Sed & tempore Tyberii Cæsar festus Paconianus maiestatis postulatus: & in carcere ob carmina illuc in principem factitata strangulatus est, vt scribit Cornel. Tacitus lib. 6. annalium, vel ex antiqua lectio. 5. vocat Sueton. Tran. hunc Paconium dum ait: In Tyberio. c. 61. Paconius maiestatis reus, vtique ob carmina in principem emissa: cuius de causa Tyberius scripsit Senatui, vt de pœna Paconii quam primū statueret.*

¶ Quocirca recte lex diuina iubet, Exod. 22. *Altu. 23. c. paratus, 23. quæst. 1. ita: Diis ne detrahas, & principi populis tui non maledices. Et alibi, Non est bonum damnatum inferre iusto, nec percutere principem, qui recta iudicat. Proverb. 17. Et D. Paulus, ad Tiim 3. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. Monet & Corinthios, 1. Corinth. 10. Non murmurare, sicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et alibi Sapiens, Proverb. c. 20. sicut rugitus leonis, ita & tremor regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam. Maria soror Moysis, quia contra Moysen principem populi locuta erat, lepra percussa est. Numa. 12. Sed & filii Chore, filii Canan, filii Levi, Datan, & Abiron, filii Eleph, & alii aduersum Mosem & Aaron maledici, horribile iudicium experti a Deo sunt, & viul terra absorpti. Numero. 16. In canonibus Apostolorum. c. 8. 3. can. Apost. statutum: Quisquis Imperatorem aut magistrum contumelia affecerit, supplicium luto. Et quidem si clericus sit, deponitur: si laicus, a communione remouetur.*

¶ Et hæc est iuris diuini in maledicis censura, & supplicium. Tanta tamen aliquorum principum fuit clementia, & vltionem iniuriarum vltionem non expostulauerunt, sed benigne remiserunt, aut contemserunt. Sicut Antigonus rex, cum duos manipulares milites maledicentes audisset, vt pote leniter commouit: Et longius, inquit, discedite, ne vos rex exaudiat. Idemque cum quadam nocte quosdam ex militibus mala omnia in precates regi, qui ipsos in illud iter, & inextricabile lutum induxisset, accessit ad illos, qui maxime laborabant, & cum ignorantes a quo adiuerentur explicuissent: Nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius vitio in has miseras incidistis: ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Augustus Cæsar Timageni maledica sua historia in illum concilianti, tantum domo sua interdixit. Et hæc & plura Seneca. lib. 3. de ira.

¶ Et talia ad Neronem, idem lib. de Clem. docet nullum ex omnibus magis quam principem vel regem decere clementiam, vt pote cuius cura sit excubare pro salute singulorum, quod multis & pulchris firmat rationibus: nempe quod in eo Deum imitetur, quod se caritorem populis præbeat, quod paternum imitetur imperium, & mollissimo genere pœnæ contentum esse debere patrem. Sumit & rationes ab animalibus alias, & quod apum reges sint sine aculeis, quibus natura telum detraxit, voluitque iram eorum inermem relinquere. hæc etiam tradit Claudi. lib. de nat. animal. c. fin. Gloriamque principis habere superstitibus sibi gratias ageantibus, quos vita priuare potuisset. Plures alias adiicit, quas prætereò. Felix, inquit Athalaticus rex Abundantio præposito, scribens, Cassio. lib. 9. var. epist. 4. est querela, quando leges pietate superantur: & beata conditio subiectorum, si cognoscant illum aliis miserum, quem & sibi optant esse propitium. Rempublicâ Achæo-

rum & instituta præclara, duo fecerunt, teste Polybio. lib. 2. hystor. æqualitas, & clementia: vsque adeo, vt etiam Lacedæmones & reliqui Peloponneses ab his ideo leges mutati sint, & rempublicam suam ornauerint eisdem, & Italia turbatis rebus in ea parte, quæ magna Græcia dicebatur, ob Pythagoreorum coniurationem & seditionem, res suas Achæis commiserunt. Philippus rex Macedonum dicebat, idem in 4. Si quid aduersum se socii priuati molerentur, sua interesse illos duntaxat verbis vel literis admonere: si quid vero publice in socios committerent, publica pœna atque animaduersione esse plendendos. Et hæc est, inquit Dio Cassius, lib. 55. hyst. hominum sententia, priuatis omnes iniurias prosequendas, ne vel contemti inde habeantur, vel opprimantur: principem vero debere ea, quæ in rempubl. peccantur, vlcisci: priuatis in se admittis, tolerare. ¶ Antigonus rex, Elia. lib. 2. de varia. hyst. c. 20. cum cerneret filium suum se ferere violentiorem & immodestiorum erga subditos: An non nouisti, inquit, filii, nostrum regnum nobilem esse seruitutem?

De infraçtore aggerum Nili, Salui conductus, & fererente pro Magistratu.

CAP. 9.

- 1 Nili aggeres rumpere, maiestatis crimen.
- 2 Saluaguardiam vel saluum conductum violare, crimen maiestatis.
- 3 Magistratum se esse simulans, maiestatis reus est.

Smile ¶ crimini etiam maiestatis visum est Honorio & Theodosio, aggeres Nili rumpere in Agypto, & propemodum ipsius Imperii appetere securitatem. Quare pœnam constituerunt in eadem, vt eo loco ubi ruperit flammis consumatur, & consicci & participes deportentur, sine spe supplicandi, vel recipiendi dignitatem, vel ciuitatem, vel substantiam. l. 1. de Nili aggerib. non rumpend. lib. 9. C. tit. 1. 8.

¶ Est ¶ & crimen maiestatis, infringere saluaguardiam seu fidem publicam, vel saluum conductum a principe concessum, pœnaque eius legis punitur. Paul. Castr. 2. part. consil. 42. in 6. col. in vers. contrarium, iuncto vers. idem dicitur. Non ita si ab alio saluaguardia concedatur, puta a sacro cõcilio, vel protège, vel magistratu, tunc tunc pœna contra violentem arbitraria & pecuniaria est: nisi homicidium commissum fuerit, quo casu alia ratione supplicium vltimum irrogatur. vt in §. si quis hominem, & §. si quis alium. & §. de pace tenen. in v. sb. feud. late Guid. Papa. in q. 4. 8. Ioan. Andr. in c. 1. de homici. in 6. Et enim ubi nulla pœna determinata iure est, ea in arbitrio iudicis. l. 1. de effraçtor. l. bodie, de ven. in P. Saluaguardia iure communi ab alio quam a principe generalis. Specialis autem vel ad singulares res vel personas, ab aliis vt a iudicibus & Senescharchis & Baillis, quibus interdicitur est regia constitutione, ne generales concedant. Ioan. de Platæa, ad l. cum sape contingit, de eroga. milit. anno. lib. 12. C. Quemadmodum cautum constit. regia Franci. I. sur le fait de la marine, artic. 20. & 25. ne posthac fides publica, vel saluum conductus. Chassan. ad §. 4. tit. de Iustices & droit d'icelles, & ad vers. le droit de iustice, num. 65. in consuetud. Burg. & in consil. Ludon. 12. seu licentia merces transportandi per mare, ab alio quam a principe daretur.

¶ Lege ¶ Iulia maiestatis tenetur, & qui priuatus pro potestate magistratue quid sciens dolo malo gesserit, l. 3. ad l. pul. maiest. P. Et enim vsurpat sibi ius principis, ad quem magistratum creare & præficere pertinet. l. 1. ad leg. Jul. de amb. P. Incidit & huiusmodi in legem Cornel. de falsis, & in eius pœnam, l. qui prioris nomine, ad leg. Cornel. de fals. Et in legem de conce. floribus, qua si simulato præfatis in usu concesso interuenerit, ablati huiusmodi terrore restitui prætes prouinciæ in integrum iubet & delictum coerceri, l. 1. de concessio. P. facit l. si per impressionem, de his, qua vi mos. caussum, potissimum quando concessio crimen publicum est, non enim per se concessio publicum, sed priuatum est. l. 2. de concessio. in P.